## TITI LIVII PATAVINI HISTORICI QVARTAE DECADIS.
### PRAEFATIO.

MEQVOQVE Iuuat:uelut ipſe in parte laboris ac periculi fuerim:ad finem belli puni
ci perueniſſe:nam & ſi profiteri auſum perſcripturum res omnis romanas in partibus ſin
gulis tanti operis fatigari minime connenit:tamen cum in mentem uenit tres &.xl.annos:
tot.n.ſunt a pr mo punico ad ſecundum bellum finitum:æque multa uolumina occupaſ
ſe mihi:quam occuparint quadringenti.lxxviii.anni a condita urbe ad Appium Claudiũ
conſulem:qui primus bellu m carthaginenſibus intulit:iam ꝓuideo animo uelut qui ꝓximis littoriis ua
dis inducti mare pedibus ingrediant̃:quicquid ꝓgredior:in uaſtiorem me altitudinem ac uelut profun
dam inuehi:& creſcere pene opus:quod prima quæq; perficiendo minui uidebatur.

## TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO.
### LIBER PRIMVS.

PACEM PVNICAM BELLVM Macedonicum excepit:piculo haud quaquã
comparandum:aut uirtute ducis:aut robore militum:claritate regum antiquo
rum uetuſtæq; fama gẽtis:& magnitudine imperii:quo multam quondã Euro
pæ maiorem partem Aſiæ obtinuerant armis prope nobilius. Cæterum cœptum
bellum aduerſus Philippum decem ferme ante annis triennio prius depoſitum
erat:cum ætholi & belli & pacis fuiſſent cauſæ:uacuos deinde pace punica iam
romanos & infenſos Philippo cum ob infidam aduerſus ætholos alioſq; regiõis
eiuſdem ſocios pacem:tum ob auxilia cum pecunia nuper in Affricam miſſa
Annibali pœniſq;:p̃ces athenienſium:quos agro peruaſtato in urbem compule
rat:excitauerunt ad innouandum bellum. Sub idem fere tempus & ab Attalo rege & rhodiis legati uene
runt nunciantes Aſiæ quoq; ciuitates ſollicitari:his legationibus reſponſum eſt curæ aſianam rem ſenatui
fore. Conſultatio de macedonico bello integra ad conſules:qui tunc in prælio cum Boiis erant reiecta eſt.
Interim ad Ptolemæum Aegypti regem legati tres miſſi. Gn. Claudius Nero. M. Aemylius Lepidus. Gn.
Sempronius Tuditanus:ut annunciarent uictum Hannibalem pœnoſq;:& gratias agerent regi:quod in
rebus dubiis:cum finitimi etiam ſocii romanos defererent:in fide manſiſſet:& peterent:ut ſi coacti iniu
riis bellum aduerſus Philippum ſuſcepiſſent:priſtinum animum erga romanos conſeruaret: Eodem fere
tempore. P. Elius conſul in Gallia cum audiſſet a Boiis ante ſuum aduentum incurſiones in agros ſocio
rum factas:duabus legionibus ſubitariis tumultus eius cauſa ſcriptis:additiſq; ad eas quattuor cohorti
bus de exercitu ſuo. C. Appium præfectum ſocium hac tumultuaria manu per Vmbriam quam tribum
ſappiniam uocant: agrum Boiorum inuadere iuſſit:ipſe eodem aperto itinere per montes duxit. Appius
ingreſſus hoſtium fines primo populationes ſatis proſpere ac tuto fecit:delecto deinde ad caſtrum muti
lum ſatis idoneo loco ad demetenda frumenta (iam enim maturæ erant ſegetes) profectus:neq; explorato
circa nec ſtationibus ſatis firmis:quæ armatæ inermes atq; operi intentos tutarentur:poſitis: improuiſo
impetu gallorum cum frumentatoribus eſt circũuentus:inde pauor fugaq; etiam armatos cœpit:ad ſeptẽ
millia hominum palata per ſegetes:ſunt cæſa inter quos ipſe. C. Appius præfectus:cæteri in caſtra metu
propulſi:inde ſine certo duce conſenſu militari proxima nocte:relicta magna parte rerum ſuarum:ad con
ſulem per ſaltus prope inuios peruenere:qui niſi quod populatus eſt boiorum fines:& cum ingaunis li
guribus fœdus icit:nihil, quod eſſet memorabile aliud in prouincia cum geſſiſſet:Romam rediit. Cum
primum ſenatum habuit:uniuerſis poſtulantibus ne quã prius rem:q̃ de Philippo ſociorumq; querelis
ageret:relatum extemplo eſt:decreuitq; frequens ſenatus:ut. P. Elius conſul:quem uideretur ei: cum impe
rio mitteret: qui claſſe accepta: quam ex Sicilia. Gn. Octauius reduceret:in Macedoniam traiiceret. M.
Valerius leuinus prætor miſſus circa Vibonem duo de.xl.nauibus ab. Gn. Octauio acceptis in Macedo
niam traiecit:ad quem cum. M. Valerius legatus ueniſſet:edocuiſſetq; eum quantos exercitus:quãtũ naui
um numeꝝ cõparaſſet:rex:& quẽadmodũ circa oẽs nõ cõtinẽtis mõ urbes:ſed ẽt ĩſulas:partĩ ipſe adeũdo
partim ꝑ legatos cõciret hoĩes ad arma maiore conatu romanis id capeſſẽdũ bellum eẽ:ne cũctantibꝰ iis au
deret philippus:quod Pyrrus prius auſus ex aliquanto minore regno eſſet:hæc ſcribere eadem Aurelium
conſulibus & ſenatui placuit. Exitu huius anni cum de agris ueteꝝ militum relatum eſſet:q ductu atq; au
ſpicio ꝓconſulis Scipionis in Africa bellum ꝑfeciſſent decreuerunt patres. ut. M. Iunius p̃tor urbis:ſi ei ui
deretur decẽuiros agro ſamniti appuloq;:quod is publicus populi ro. eẽt metiẽdo diuidendoq; crearet.
creati. P. Seruilius. Qu. Cecilius Metellus. Gn. &. Marcus:Seruilii. Geminis ambobus cognomen erat
L. &. M. Hoſtilii Catones. Pub. Iulius. T. Apuleius. M. Fuluius Flaccus. P. Elius pætus:Quintus Flami
nius. Per eos dies. P. Elio conſulum comitia habente:creati conſules:Publius Sulpicius Galba:Gn. Aure
lius Cotta:p̃tores exinde facti. Qu. Minutius Ruffus:Liuius Furius purpurio. Q. Fuluius Gilo. Gn.
Sergius Plantius. Ludi romani ſcænici eo anno magnifice apparateq; facti ab ædilibus curulibus. L. Va
lerio Flacco:& Tito. Qu. Flaminio:biduum inſtaurati ſunt:frumentiq; uim ingentẽ:quod ex Africa pro
conſul Scipio miſerat:quaternis æris populo cum ſumma fide & gratia diuiſerunt: & plebeii ludi toti
inſtaurati ab ædilibus ple. L. Apuſtio Fullone:&. Q. Minutio Ruffo:q ex ædilitate p̃tor creatus erat:
& Iouis epulum fuit ludoꝝ cauſa:anno quingenteſimo quadrageſimo ab urbe condita. P. Sulpicio Gal

Att. Cauſa fuere belli cum philippo renouati

Romanorum cædes in gallia

M. Valerius Leuinus

Vide ne centones ſit legendũ. P. Sulpicius Gn. Aurelius conſ.

ba. Gn. Aurelio conſulibus bellũ cũ rege Philippo initum eſt paucis menſibus poſt pacẽ carthaginẽſibus
datam. Oĩm primũ eã rẽ idibus martiis: quo die tũ cõſulatus inibať. P. Sulpicius cõſul rettulit: ſenatuſq;
decreuit: ut ii conſules maioribus hoſtiis rẽ diuinã facerẽt: qbus diis ipſis uideretur: cum ꝑcatione ea: q̃ ſe

Bellum macedonicum punico ſubiectum.

natus populuſq; ro. de rep. deq; ineundo nouo bello in aĩo haberet: ea res uti populo ro. ſociiſq; nomini
latino bene ac fœliciter eueniret ſecundũ rem diuinã ꝑcationẽq; ut de re publica deq; ꝓuinciis ſenatũ cõſu-
lerent. Per eos dies opportune irritãdis ad bellũ aĩs: & litteræ. M. Aurelio legato: &. M. Valerio Leuino ꝓ-
prætore allatæ: & athenienſiũ noua legatio uenit: q̃ regẽ appropinquare finibus ſuis nunciaret: breuiq; non
agros mõ: ſed urbẽ etiã in ditionẽ eius futurã: niſi quid in romanis auxilii foret. Cũ ꝓnunciaſſent conſu-
les rẽ diuinã rite perfectã eſſe: & ꝑcationi annuiſſe deos aruſpicẽ reſpondere: lætaq; exta fuiſſe: & ꝓlationẽ
finiũ uictoriãq; triumphũ portendi: tũ litteræ Valerii Aureliiq; lectæ: & legati athenienſiũ auditi: ſenatus in
de conſultum factũ eſt: ut ſociis gratiæ agerentur: quod diu ſollicitati ne obſidionis qdẽ metu fide deceſſiſ-
ſent: De auxilio mittẽdo tum reſpondere placere: cum conſules prouincias ſortiti eſſent: atq; is conſul: cuſ
Macedouia prouincia eueniſſet ad populum tuliſſet: ut Philippo regi macedonium indiceretur bellum
P. Sulpicio prouincia Macedonia ſorte euenit: is rogationem promulgauit: uellent: iuberent Philippo re-
gi macedonibuſq;: qui ſub regno eius eſſent: ob iniurias armaq; illata ſociis po. ro. bellum indici. Alteri
conſuli Aurelio Italia prouincia obtigit. Prætores exinde ſortiti ſunt. Gn. Sergius Plancus urbanam. Qu.
Fuluius Gilo Siciliam. Qu. Minutius Ruffus Brutios. L. Furius purpurio Galliam. Rogatio de bello
macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata eſt: id cũ feſſi diuturnitate & grauita-
te belli ſua ſponte homines tedio periculoꝝ laborũq; fecerant: tũ. Qu. Bebius tribunus plebis uiam anti-
quam criminandi patres ingreſſus incuſauerat bella ex bellis ſeri: ne pace unq̃ frui plebs poſſet: ægre eam
rem paſſi patres laceratuſq; probris in ſenatu tribunus plebis & conſulem pro ſe quiſq; hortati: ut deinte-
gro comitia rogationi ferendæ ediceret: caſtigaretq; ſegnitiã populi: atq; doceret quanto dãno dedecoriq;
dilatio ea belli futura eſſet. Conſul in campo Martio comitiis habitis: priuſq̃ centurias in ſuffragium mit-
teret: concione aduocata ignorare: inquit: uidemini mihi quirites non utrum bellum an pace habeatis uos
conſuli: neq;. n. liberũ id uobis permittet Philippus: qui terra mariq; ingens bellum molitur: ſed utrum in
Macedoniã legiões trãſportetis: an hoſtem in Italiã accipiatis: hoc quantũ interſit: ſi unq̃ ante alias: puni-
co certe proximo bello experti eſtis. Quis. n. dubitat: quin: ſi ſaguntinis obſeſſis fidemq; noſtrã imploran

P. Sulpicii cõſulis cõcio ad populũ

tibus impigre tuliſſemus opem: ſicut patres noſtri mamertinis tulerant totum in Hiſpaniã auerſuri bellũ
fuerimus? quod cũctando cum ſumma clade noſtra ĩ Italiã accepimus. Ne illud quidem dubium ẽ quin
hũc ipſum philippum pactũ iã ꝑ legatos litteraſq; cũ Annibale ĩ Italiã traiicere miſſo cũ claſſe leuino qui ul-
tro ei bellũ inferret: in Macedonia cõtinuetimus & qđ tunc fecimus cum hoſtem Annibalem: in Italia ha-
beremus: id nunc pulſo Italia Annibale: pulſis carthaginenſibus: cũctamur facere? Patiamur expugnandis
Athenis: ſicut Sagunto expugnãdo annibalem paſſi ſumus: ſegnitiã noſtram experiri regem: non quinto
inde menſe quemadmodum ab Sagunto annibal: ſed quinto ĩde die: quã ab Corintho ſoluerit naues in ita
liam ueniet. Ne æquaueritis annibali philippum: ne carthaginenſibus macedonas: Pyrrho certe æquabi-
tis: dico q̃tum uel uir uiro: uel gens genti ꝓſtat. Minima acceſſio ſemper Epirus regno Macedoniæ fuit: &
hodie eſt. Polopõneſum totam in ditionem Philippus habet: Agroſq; ipſos non uetere fama magis quam
morte Pyrrhi nobilitatos. Noſtra nunc compara q̃to magis florentem Italiam: quãto magis integras res
ſaluis ducibus ſaluis tot exercitibus: quos punicum poſtea bellum abſumpſit: aggreſſus Pyrrhus tamen
concuſſit: & uictor prope ad ipſam urbem Romam uenit: nec tarentini modo oraq; illa Italiæ: quam ma
iorem græciam uocant: ut linguam ut nomẽ ſecutos crederes: ſed lucanus & brutius: & ſamnis ab nobis
defecerunt: hæc uos ſi Philippus in Italiam trãſmiſerit: qetura aut manſura in fide creditis? manſerunt
enim punico poſtea bello: nunq̃ iſti populi: niſi cũ deerit: ad quem deſciſcant: ab nobis non deficient. Si
piguiſſet uos in affricam traiicere: hodie in Italia annibalem & carthaginenſes hoſtes haberetis. Macedo-
nia potius quam Italia bellum habeat: hoſtium urbes agriq; ferro atq; igni uaſtenť: experti iam ſumus fo
ris nobis: quã domi feliciora potẽtioraq; arma eſſe. Ite in ſuffragium bene iuuantibus diis: & quæ patres
cẽſuerunt: uos iubete. Huius uobis ſentẽtiæ nõ conſul modo auctor ieſt: ſed iam dii ĩmortales: qui mihi ſa
crificãti præcantiq; ut hoc bellum mihi ſenatui uobiſq; ſociis ac nomini latino claſſibus exercitibuſq; no
ſtris bene ac feliciter eueniret: læta oĩa ꝓſperaq; portendere. ab hac oratione ĩ ſuffragium miſſi: uti roga-
rat: bellum iuſſerunt. Supplicatio inde a cõſulibus in triduum ex ſenatuſconſulto indicta eſt. obſecratiq;
circa omnia pulminaria dii quod bellum cum Philippo iuſſiſſet populus: id bene ac feiiciter eueniret: cõ
ſultiq; fœciales a publio Sulpicio bellum qđ indiceretur regi Philippo: utrum ipſi utiq; annunciari iube
rent: an ſati s eſſet in finibus regni: quod proximum præſidium eſſet: eo nunciari. Fœciales decreuerunt
utrum eorum feciſſet: recte facturum. Conſuli a patribus permiſſum: ut quem uideretur ex iis: qui extra
ſenatum eſſent: legatum mitteret ad bellum regi indicendum. Tum de exercitibus conſulum prætorũq;

Delectus habendi ratio

actum: conſules binas legiones ſcribere iuſſi: ueteres dimittere exercitus: Sulpicio: cui nouum ac magis no
minis bellum decretum erat: permiſſum ut de exercitu: quem proconſul Scipio ex africa deportaſſet: uo-
luntarios: quos poſſet: duceret: inuitum ne quem militem ueterem ducendi ius eſſet. Prætoribus. L. Furio
Purpurioni: & Quinto Minutio Ruffo quina millia ſocium latini nomini s cõſul daret: qbus ꝓſidiis al
ter galliã: alter brutios ꝓuinciã obtineret. Qu. Fuluius gillo ipſe iuſſus ex eo exercitu: quẽ. P. Elius cõſul
habuiſſet: ut qſq; minime multa ſtipẽdia haberet legere: donec & ipſe qnquemillia ſociũ ac noĩs latini ef-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſeciſſe:id præſidio Siciliæ ꝓuinciæ eſſet. Marco Aurelio. Falconi:qui prætor priore anno Campaniã pro
uinciã habuerat:prorogatũ ĩ annũ imperiũ eſt:uti ꝓprætor in Sardiniã traiiceret: q̃dq; de exercitu q ibi
eſſet quinque millia ſocium nois latini:qui eorũ minime multa ſtipendia haberet:legeret. Et cõſules duas
urbanas legiones ſcribere iuſſi:quæ:ſi quo res poſceret:multis in italia conctatis gẽtibus punici belli ſocie
tate iraq;:inde tumẽtibus mitterent̃ ſex legionibus,romanis eo anno uſura reſp. erat in ipſo apparatu belli
legati ab rege ptolemæo uenerunt qui nunciarunt athenienſes aduerſus Philippum petiſſe ab rege auxiliũ
cæterum & ſi cõmunes ſocii ſint:tamẽ niſi ex auctoritate populi ro. claſſem:neq; exercitũ defendendi aut
oppugnandi cuiuſq̃ cauſa regẽ in Græciã miſſurũ eſſe:uel quieturũ cum in reguo ſi po. ro. ſocios defendere
liceat uel romanos quieſcere:ſi malint paſſurũ:atq; ipſum auxilia:quibus facile aduerſus Philippum tue
ri Athenas poſſent:miſſurũ Græciæ regi ab ſenatu actæ reſpõſumq; tutari ſocios populo ro. in aĩo eſſe:ſi
qua re ad id bellum opus ſit:indicaturos regi:regniq; eius opes ſcire ſubſidia firma ac fidelia ſuæ reip. eſſe:
munera deinde legatis in ſingulos quinamillia. l. æris ex ſenatuſconſulto miſſa:cũ delectũ cõſules haberẽt:
pararentq; quæ ad bellũ opus eẽnt ciuitas religioſa in principiis maxime nouorũ bellorũ: ſupplicationibꝰ
habitis iam:& obſecratione circa oĩa puluinaria facta:nequid prætermitteret̃:quod aliquãdo factũ eſſet:
ludos Ioui donũq; mouere cõſulẽ cui ꝓuincia Macedonia eueniſſet:iuſſit. Morã uoto publico Licinius
põtifex maximus attulit:q negauit ex incerta pecunia uouere debere:ſi ea pecunia nõ poſſet ĩ bellũ uſui eẽ:
reponi ſtatim debere:nec cũ alia pecũia miſceri:quod niſi factũ eſſet uotũ rite ſolui nõ poſſe. Quãq̃ & res:
& auctor mouebat:tamẽ ad collegiũ põtificũ referre cõſul iuſſus:ſi poſſet recte uotũ inc rtæ pecuniæ ſuſci
pi poſſe:rectiuſq; eſſe põtifices decreuerũt. Vouit in eadẽ uerba conſul præeunte maximo pontifice: q̃bus
antea quinquẽnalia uota ſuſcipi ſolita erant:præterq̃ q̃d tanta pecunia. quantã tum cum ſolueretur: ſena
tus cenſuiſſet ludos:donaq; futurũ noueri t:totiens ante ludi magni de certa pecunia uoti erant:ii primi de
incerta. Omnium aĩs in bellum Macedonicum uerſis:repente nihil minus eo tempore timentibus gallici
tumultus fama exorta eſt. Inſubres:cenomani:& Boii excitis ſelinibus iluatibuſque & cæteris liguſtinis
populis. Hamilcare pœno duce:qui in iis locis de Aſdrubalis exercitu ſubſtiterat Placentiam inuaſerant
& direpta urbe ac per iram magna ex parte incenſa uix duobus millibus hoĩm inter incendia ruinaſq; reli
ctis:traiecto pado ad Cremonam diripiendam pergunt:uicinæ urbis audita clades ſpatiũ colonis dedit ad
claudẽdas portas præſidiaq; per muros diſponẽda:ut obſiderẽtur tamen prius quã expugnarent̃:nũcioſq; &
mitterent ad po. ro. L. Furius Purpurio:qui tum prouinciæ præerat cætero ex ſenatuſconſulto exercitum
dimiſſo;præter quinque millia ſocium ac latini nois:cũ iis copiis in ꝓxima regione ꝓuinciæ circa Arimi
num ſubſtiterat:is tum ſenatui ſcripſit:quo in tumultu prouincia eſſet:duarũ coloniarũ:quæ ingentẽ illam
tempeſtatem punici belli ſubterfugiſſent alteram captam ac direptam ab hoſtibus:alterã oppugnari. nec ĩ
exercitu ſuo ſatis præſidii colonis laborantibus fore niſi quinque millia ſociorũ. xl. millibus hoſtium(tot
enim in armis eſſet)trucidanda obiicere uelit:& tãta ſua clade iam inflatos excidio coloniæ romanæ auge
ri hoſtium animos. His litteris recitatis decreuerunt. ut. Gn. Aurelius conſul exercitum: cui in Ethruria
ad conueniendum diem edixerat:Arimini eadem die adeſſe iuberet:& aut ipſe: ſi per commodum reipu
blicæ poſſet:ad opprimendum gallicum tumultum proficiſceretur:aut. Qu. Minutio prætori ſcriberet.
ut cum ad eum legiones ex Ethruria ueniſſent:miſſis inuicem earum quinquemillibus ſociorum qui in
terim Ethruriæ præſidio eſſent proficiſceretur ipſe ad coloniam liberandam obſidione. Legatos item mit
tendos in Africam cenſuerunt: eoſdem Carthaginem: ut nunciarent ciuem eorum Amilcarem relictum
in Gallia: haud ſatis ſcire ex Aſdrubalis prius: an ex Magonis poſtea exercitu bellum contra fœdus
facere: exercitus gallorum ligurumq; exciuiſſe ad arma contra Po. Ro. eum: ſi Pax placeret: reuocan
dum illis & dedendum Po. Ro. eſſe ſimul nunciare iuſſi perfugas ſibi non omnes redditos eſſe: ac ma
gnam partem eorum palam Carthagini obuerſari dici: quos comprævhendi conquiriq; debere: ut ſibi
ex fœdere reſtituantur. Hæc ad carthaginenſes mandata. Maſiniſſæ gratulari iuſſi: quod non patrium
modo recuperaſſet regnum:ſed parte florentiſſima Syphacis finium adiecta etiam auxiſſet. Nunciare
poſtea iuſſi bellum cum rege Philippo ſuſceptum: quod carthaginenſes auxiliis iuuiſſet. iniuriaſq; infe
rendo ſociis Po. Ro. flagrante bello Italia:coegiſſet claſſes exercituſq; in Græciam mitti: & diſtinendo
copias cauſa in primis fuiſſet ſerius in Africam traiiciendi peterentq;: ut ad id bellum mitteret auxilia
numidarum equitum:dona ampla data:q̃ ferrent regi:uaſa aurea argenteaq;:togaq; purpurea: & palma
ta tunica cum eburneo ſcipione:& toga prætexta cum curuli ſella:iuſſiq; polliceri:ſiquid ei ad firmãdum
augendumq; regnum opus eſſe iudicaſſet: enixe id populum romanum merito eius præſtaturum. Ver
minæ quoq; Syphacis filii legati per eos dies ſenatum adierunt excuſantes errorem adoleſcentiamq; &
culpam omnem in fraudem carthaginenſium auertentes. & Maſiniſſam romanis ex hoſte amicum
factum:uerminam quoq; annixurum ne officiis in populum romanum:aut a Maſiniſſa:aut ab ullo alio
uincatur:petere:ut rex ſociuſq; & amicus ab ſenatu appellaretur. Reſponſum legatis eſt & patrem eius
Syphacem ſine cauſa ex ſocio & amico hoſtem repente populi romani factum: & eum ipſum rudimen
tum adoleſcentiæ bello laceſſentem romanos poſuiſſe:itaq; pacem illi prius petendam eſſe a Po. Ro. quã
ut rex ſociuſq; & amicus appellaretur:nominis eius honorem pro magnis erga ſe regum meritis dare Po.
Ro. conſueſſe: legatos romanos in Africa fore: quibus mandaturum ſenatum ut Verminæ pacis dent
leges liberum arbitrium eis populo romano permittẽte:ſiquid ad eas addi demi mutariue uellet:rurſus
ab ſenatu ei poſtulandum fore. Legati cum iis Mandatis in Africam miſſi. Gn. Terentius Varo. Sp. Lu

Legati ab ptolemæo rege

Gallicus tumultus

Placentia diripitur & incenditur a gallis

Legati ad quid carthaginem miſſi

Qui amici a romanis dicerẽtur appellarẽturue

cretius. Gn. Octauius quinqueremes ſingulis datæ. Litteræ deinde in ſenatu recitatæ ſunt. Qu. Minutii p̄
toris: cui Brutii prouincia erat: pecuniā Locris ex Proſerpinæ theſauris nocte clam ſublatā: nec ad quos p
tineat facinus: ueſtigia ulla extare: Indigne paſſus ſanatus nō ceſſari ab ſacrilegiis: & ne Pleminium quidē
tā clagꝫ recenſqꝫ noxe ſimul ac pœnæ exemplū hoīes deterrere. C. Aurelio cōſuli negotiū datū: ut ad præto
rē ī Brutios ſcriberet: ſenatui placere quæſtionē de expilatis theſauris eodē extēplo haberi: quo. M. Pōpo
nius prætor triennio ante habuiſſet: quæ inuenta pecunia eſſet reponi: ſi quo minus inuentū foret expleri:
prodigia ac piacularia: ſi uideretur: ſicut ante pontifices cēſuiſſent fieri: cā expiādæ uiolationis eius tēpli. Prodigia ēt
ſub idē tp̄s pluribus locis nunciata acciderūt: in lucanis cælū arſiſſe afferebant. Priuerni ſereno per diē totū
rubꝶ ſolē fuiſſe. Lanuuini tēplo ſoſpitæ Iunonis nocte ſtrepitū ingētem exortum: iam animaliū obſcæni
fœtus pluribus locis nunciabantur: in ſabinis īcertus infans natus maſculus an fœmina eſſet. alter ſedecim
iam annorum item ambiguo ſexu inuentus Fruſinone agnus cum ſuillo capite. Sinueſſæ, porcus cū capite
humano natus in lucanis in agro publico equus cum quinqꝫ pedibus: fœda omnia & deformia errātiſqꝫ
in alienos fœtus naturæ uiſa: ante omnia abominati ſemimares iuſſiqꝫ in mare extemplo deportari ſicut
proxime. C. Claudio. M. Liuio conſulibus deportatus ſimilis ꝓdigii fœtus erat: nihilominus decēuiros
adire libros de portento eo iuſſerunt: decemuiri ex libris res diuinas eaſdem: quæ proxime ſecundum id
prodigium factæ eſſent: imperarunt: carmen præterea ab ter nouenis uirginibus cani per urbem iuſſerunt
donumqꝫ Iunoni reginæ ferri. ea uti fierent. C. Aurelius conſul ex decemuirorum reſponſo curauit: car
men ſicut patrum memoria Liuius: ita tum condidit. P. licinius Tegula Expiatis omnibus religionibus
( nam etiam locris ſacrilegium perueſtigatum a. Qu. Minutio erat: pecuniaqꝫ. ex bonis noxiorum in the
ſauris repoſita ) cum conſules ad prouincias ꝓficiſci uellent: priuati frequentes quibus ex pecunia: quam
M. Valerio. M. Claudio conſulibus: mutuam dederant: tertia penſio dedebatur eo anno adierunt ſenatum
quia conſules cum ad nouum bellum: quod magna claſſe magniſqꝫ exercitibus gerendum eſſet: uix ærari
um ſufficeret negauerant eſſe: unde iis præſentia ſolueretur. Senatus quærentes eos non ſuſtinuit: ſi in pu
nicum bellum pecunia data: in macedonicum quoqꝫ bellum: uti reſp. uellet aliis ex aliis orientibus bellis
quid aliud quam publicam pro beneficio: tanquā obnoxam ſuam pecuniam fore? cum & priuati æquū
poſtularent: nec tamen ſoluendo ære alieno reſp. eſſet quod medium inter æquum & utile erat decreuerūt
ut quoniam magna pars eorum agros uulgo uænales eſſe diceret: & ſibimet emptis opus eſſe: agri publi
ci: q intra quinquageſimum lapidem eſſet: copia iis fieret. Conſules agrum æſtimaturos: & in iugera ſe aſ
ſes uectigales teſtandi cā publicum agꝶ eſſe ipoſituros: ut ſiqs cū ſoluere poſſet: populus pecuniā habere
q̄ agrū mallet: reſtitueret agꝶ populo: Læti eam conditionem priuati accepe triētius tabuliuſqꝫ is ager qa
pro tertia parte pecuniæ datus erat appellatus. Tum. P. Sulpicius ſecundum uota ī capitolio nūcupata pa
ludatis cū lictoribus profectus ab urbe Brunduſium uenit: & ueteribus militibus uolūtariis ex Africano
exercitu in legiones deſcriptis: nauibuſqꝫ ex claſſe conſulis cornelii lectis altera die: quā a Brunduſio ſoluit
in Macedoniam traiecit ibi ei præſto fuere Athenienſium legati orantes: ut ſe obſidione eximeret. Miſſus
extemplo Athenas eſt. C. Claudius Centimalus cum uiginti longis nauibus & militibus: neque enim ip
ſe rex Athenas obſidebat: eo maxime tempore, Abydum oppugnabat: iam cum rhodiis & Attalo certami
nibus naualibus neutro feliciter prælio uires expertus: ſed animos ei faciebat præter ferociam inſitam: fœ
dus ictum cum Antiocho Syriæ rege: diuiſæqꝫ iam cum eo Aegypti opes: cui morte audita Ptolemæi re
gis ambo imminebant. Contraxerant autem ſibi cum Philippo bellum athenienſes haud quaquam
digna cauſa: dum ex uetere fortuna nihil præter animos ſeruant. Acarnanes duo iuuenes per initiorum
dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingreſſi ſunt: facile eos ſer
mo prodidit abſurde quædam percunctantes: deductiqꝫ ad Antiſtes templi: cum palam eſſet per erro
rem ingreſſos: tanquam ob infandum ſcelus interfecti ſunt: id tam fœde atqꝫ hoſtiliter gens acarna
num factum ad Philippum detulit: imperauitqꝫ ab eo: ut datis macedonum auxiliis: bellum ſe inferre
athenienſibus pateretur. Hic exercitus primo terram atticam ferro igniqꝫ depopulatus: cum omnis ge
neris præda in Acarnaniam rediit: & irritatio animorum ea prima fuit: poſt ea iuſtum bellum decretis
ciuitatis ultro in dicendo factum: Attalus enim rex rhodiiqꝫ perſecuti cedentem in Macedoniam Philip
Attalus pum: cum Aeginam ueniſſet rex: Pyræum renouandæ firmandæqꝫ cum athenienſibus ſocietatis cau
rex legati ſa traiecit. Ciuitas omnis obuiam effuſa cum coniugibus ac liberis. ſacerdotes cum inſignibus ſuis ītran
rhodii tem urbem Cadmi prope ipſi exciti ædibus ſuis exceperunt: In concionem extemplo populus uocatus:
ut rex: quæ uellet: coram ageret. Deinde ex dignitate magis uiſum ſcribere eum: de quibus uideretur:
quam præſentem ant referendis ſuis in ciuitatem beneficiis erubeſcere: aut ſignificationibus acclamatio
nibuſqꝫ multitudinis aſſentatione īmodica pudorem onerantis: In litteris autem: quæ miſſæ in cōcionē
recitatæqꝫ ſunt: commemoratio erat beneficiorum primum in ciuitatem ſuam: deinde rerum: quas ad
uerſus Philippum geſſiſſet: ad poſtremum adhortatio capeſſendi bellum: dum ſe: dum rhodios: tum
quidem dum etiam romanos haberent: nequicquam poſtea: ſi tum ceſſarent: prætermiſſam occaſio
nem quæſituros. Rhodii deinde legati auditi ſunt: quorum recens erat beneficium: quod naues longas
quattuor in portu athenienſium captas nuper a macedonibuſqꝫ recuperatas remiſerant: Itaqꝫ īgenti cōſen
ſu bellum aduerſus Philippum decretum: honores regi primum Attalo īmodici: deinde & rhodiis ha
biti: tum primum mentio illata de tribu: quam attalidam appellarent: ad decem ueteres tribus adden
da: & rhodiorum populus corona aurea uirtutis gratia donatus: ciuitaſque rhodiis data: quemadmo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dum rhodii prius atheniēſibus dederāt. Secūdum hæc rex Attalus ad claſſem Aeginam ſe recepit: Rhodii
etiā ab Aegina īde p inſulas Rhodiū nauigarūt: oībus pter Andrū: parūq;: & Cidnū: quæ pſidiis macedo
nū tenebātur in ſocietatē acceptis. Attalū Aeginæ miſſi ī Aetoliam nūcii: expectatiq; īde legati aliquandiu
nihil agētem tenuere: & neq; illos ad arma excire potuit gaudētes utcunq; cōpoſita cū Philippo pace: & ip
ſe rhodiiq; ſi inſtitiſſent cū Philippo: libertate egregiū p ſe Græciæ titulū habere potuiſſent patiētes rur-
ſus eū ī Helleſpōtū traiicere: occupantēq; græciæ opportuna loca uires colligere: bellū alueret gloriamq; eius
geſti perfectiq; romanis cōceſſerūt. Philippus magis regio aīo eſt uſus: qui cū attalū rhodioſq; hoſtes non
ſubſtinuiſſet: ne romano quidē quod īminebat: bello territus. Philode quodā ex pfectis ſuis cum duobus
millibus peditū eqtibus ducētis ad populādos atheniēſiū agros miſſo: claſſe tradita Heraclidi ut Maroneā
peteret: ipſe terra eodē cū expeditis duobus millibus peditū: eqtibus ducētis pgit: & Maroneā quidē prio
impetu expugnauit. Aenū inde cū magno labore: poſtremo pditiōe Ganymedis præfecti Ptolemæi cepit
deinde alia caſtella Cypſella: & Doriſcō & Sēpheū occupat. Inde pgreſſus ad Cherſoneſum: Eleūta: & Alo
peconeſum tradētibus ipſis recepit. Gallipolis quoq; & Madociis dedita & caſtella quædam ignobilia
Abydeni: ne legatis quidem amiſſis: regi portas clauſerunt: ea oppugnatio diu Philippum tenuit: eripiq;
ex obſidione: ni ceſſatum ab Attalo & rhodiis foret: potuerunt. Attalus. ccc. tantū milites ī præſidium: rho Philippi
dii quadriremē unam ex claſſe: cum ad Tenedū ſtaret: miſerunt eodem poſtea cū iam uix ſuſtinerent obſi ſucceſſus.
dionem: & ipſe Attalus cum traieciſſet: ſpem tantū auxilii ex ppinquo oſtēdit neq; terra: neq; mari adiu-
tis ſociis: abydeni quoq; tormētis per muros diſpoſitis non terra mō adeuntes aditu arcebāt: ſed nauium
quoq; ſtationem infeſtam hoſtii faciebāt: poſtea cum & muri pars ſtrata ruinis: & ad interiorē raptim op
poſitum murum cuniculis iā peruētum eſſet legatos ad regē de conditionibus tradēdæ urbis miſerunt. pa
ciſcebantur autem: ut rhodiam quadriremē cum ſociis naualibus Attaliq; præſidiū emitti liceret: atq; ipos
urbe excedere cum ſingulis ueſtimentis. Quibus cum Philippus nihil pacati niſi oīa permittentibus reſpō
diſſet: adeo renunciata hæc legatio ab indignatione ſimul ac deſperatione iram accendit: ut ad ſaguntinam
rabiem uerſi matronas omnes in templo Dianæ: pueros ingenuos: uirgineſq; etiam īfantes cū ſuis nutrici
bus in gymnaſiū includi iuberent: aurum & argētum in forū deferri: ueſtem præcioſam in nauem rhodiā
Cyzicænāq;: quæ in portu erat: choreos ſacerdotes uictimaſq; adduci & altaria in medio poni: ibi delecti
primumq; ubi cæſam aciē ſuorum p dirupto muro pugnātē uidiſſent: extēplo cōiuges liberoſq; īterfice- Abydeno
rēt aurū & argētū ueſtē: q̄ ī nauibus eſſent ī mare deiicerēt: tectis publicis priuatiſq; q̄ plurimis locis poſſēt rū deſpera
ignes ſubiicerēt. & ſe facinus ppetraturos præeuntibus ēt execrabile carmen ſacerdotibus iureiurando co- tio.
acti: tum militaris ætas iurare neminē uiuum niſi uictorem acie exceſſurum hi memores dictorū adeo pti
naciter pugnauerunt: ut cum plium nox diremptura eēt: rex prior territus rabie eorum pugna abſtiterit.
Principes: quibus atrocior pars facinoris delegata erat: cum paucos & confectos uulneribus ac laſſitudi-
ne ſupereſſe prælio cernerent: luce prima ſacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt.
Ante deditionem ex iis legatis romanis: qui Alexandriam miſſi erant. M. Aemylius trium conſenſu mi-
nus natu audita obſidione abydenorum ad Philippum uenit: q̄ queſtus Attalo rhodiiſq; arma illata: &
quod tum maxime Abydum oppugnaret: cum rex ab Attalo & rhodiis ultro ſe bello laceſſitum diceret: Miſerabi
num abydeni quoq;: inquit: ultro tibi intulerunt arma? inſueto uera audire ferocior oratio uiſa eſt: quam lis abyde
quæ habenda apud regem eſſet: ætas: inquit: & forma & ſuper omnia romanum nomen te ferociorem fa- n orum
cit: ego autem primum uelim uos fœderum memores mecū ſeruare pacem ſi bello laceſſitis: mihi quoq; caſus.
animo eſt facere: & regnum macedonum nomenq; haud minus: quam romanum nobile bello ſentietis:
ita dimiſſo legato Philippus auro argentoq;: quæ coaceruata erant accepto hominum prædam omnem
amiſit: tanta. n. rabies multitudinē inuaſit: ut repente proditos rati: qui pugnantes mortem occubuiſſent:
periuriumq; aliis alii exprobrantes & ſacerdotibus maxime: qui quos ad mortem deuouiſſent: eorum
deditionem uiuorum hoſtii feciſſent: repente omnes ad cædes coniugum liberorumq; diſcurrerent: ſeq;
ipſi per omnes uias læti interficerent. Obſtupefactus eo furore rex ſuppreſſit impetum militum: & tri-
duum ſe ad moriendum abydenis dare dixit: quo ſpatio plura facinora in ſe uicti ædiderunt: quam infe-
ſti ædidiſſent uictores: nec niſi quem uincula: aut alia neceſſitas mori prohibuit: quiſquam uiuus in pote
ſtatem uenit philippus: impoſito Abydi præſidio in regnum rediit. Cum uelut Sagunti excidium Anni
bali: ſic Philippo abydenorum clades ad romanum bellum animos feciſſet: nuncii occurrerunt conſu-
ſulem iam in Epiro eſſe: & Apolloniam terreſtres copias nauales Corcyram in hyberna deduxiſſe. Inter
hæc legatis: qui in Africam miſſi erant de Amilcare gallici exercitus duce: reſponſum a carthaginenſibus
eſt nihil ultra ſe facere poſſe: quam ut exilio eum mulctarent: bonaq; eius publicarent: perfugas & fugiti
uos: quos inquirendo ueſtigare potuerunt: reddidiſſe & de ea re miſſuros legatos Romam: qui ſenatui
ſatiſfacerent: ducēta millia modium tritici Romam. cc. ad exercitum in Macedoniam miſerunt: Inde in
Numidiam ad regem profecti legati: dona data Maſiniſſæ: mādataq; ædita: equites. cc. numidæ cum da
ret: accepti: ipſe in naues imponendos curauit: & cum. cc. millibus modium tritici. cc. hordei in Ma-
cedoniam miſit. Tertia legatio ad Verminam ierat: is ad primos fines regni legatis obuiam progreſſus: Verminæ
ut ſcriberent ipſi quas uellent pacis cōditiones: permiſit omnem pacē bonā ſibi iuſtamq; fore cum Popu. pax data
Ro. datæ leges pacis: iuſſuſq; ad eam confirmandam mittere legatos Romam. Per idē tēpus. L. Corneli- a Ro.
us Lentulus proconſul ex Hiſpania rediit: qui cū in ſenatu res ab ſe p multos annos fortiter feliciterq; ge-
ſtas expoſuiſſet: poſtulaſſetq; ut triumphanti ſibi inuehi liceret ī urbem: res triūpho dignas eē cēſebat ſena-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus: ſed exemplum a maioribus non accepiſſe: ut qui neq; dictator: neq; conſul: neq; prætor res geſſiſſet
Triūphā di mos
triumpharet: ꝓconſulē illū Hiſpaniam ꝓuinciā non conſulē aut prætorē obtinuiſſe: decurrebatur tamen
eo ut ouās urbē iniret: intercedente. T. Sempronio longo tribuno ple. qui nihilo magis id more maiorū
aut ullo exēplo futuꝝ diceret: poſtremo uictus conſenſu patꝝ tribunus ceſſit: & ex ſenatuſconſulto. L. Len
tulus ouans urbem eſt ingreſſus: argenti tulit ex præda quadraginta triamillia pondo: auri octingēta. l. mi
litibus ex præda centū. xx. aſſes diuiſit. Iam exercitus conſularis ab Arretio ariminum traductus erat: &
quinque millia ſocium latini nōis ex Gallia in Ethruriā tranſiuerant: itaq;. L. Furius magnis itineribus
ab arimino aduerſus gallos Cremonā tum obſidentes ꝓfectus: caſtra mille quingētorū paſſuum inter
uallo ab hoſte poſuit: occaſio egregie rei gerēdæ fuit: ſi ꝓtinus de uia ad caſtra oppugnanda duxiſſet pala
ti paſſim uagabātur ꝑ agros nullo ſatis firmo relicto præſidio: laſſitudini militū timuit: q̄d raptim du
ctum agmen erat galli clamore ſuoꝝ ex agris reuocati omiſſa præda. q̃ in manibus erat: caſtra repetiuere
& poſtera die in aciē ꝓgreſſi: nec romanus morā pugnādi fecit: ſed uix ſpatiū inſtruendi fuit eo curſu ho
ſtes in præliū uenerūt: dextera ala quia ī alas diuiſum ſocialem exercitū habebat: in prima acie locata eſt: in
Gallorū metus
ſubſidiis quæ romanæ legiōes. M. Furius dexteræ alæ: legiōibus. M. Cecilius: equitibus. L. Valerius Flac
cus (legati oēs erāt) præpoſiti. Prætor ſecum duos Legatos. Gn. Letorium: &. P. Titinū habebat: cū q̄bus
circūſpicere & obire ad oēs hoſtiū ſubitos conatus poſſet. Primo galli omni multitudine in unū locū cō
nixi obruere atq; cōterere ſeſe dexteram alā quæ prima erat ſperarūt poſſe: ubi id paꝝ procedebat: circūue
nire a cornibus & amplecti hoſtiū aciē: quod multitudine aduerſus paucos facile uidebatur: conati ſunt:
id ubi uidit prætor: & ut ipſe dilataret aciem: duas legiones ex ſubſidiis dextera leuaq; alæ: quæ ī prima
acie pugnabat: circundat ædemq; deo Ioui nouit ſi eo die hoſtes fudiſſet. L. Valerio īperat: ut altera parte
duarū legionū equites: altera ſociorū eq̄tatū ī cornua hoſtiū emittat: nec circūuenire eos aciē patiat̄: ſimul
& ipſe ut extenuatā mediā ſubductis cornibus aciē galloꝝ uidit: ſigna īferre confertos milites & perrum
pere ordines iubet: & cornua ab eq̄tibus & medii a pedite pulſi: ac cū repēte ī oī parte cæde īgēti ſternerēt̄
galli terga uerterūt: fugaque effuſa repetūt caſtra fugiētes ꝓſecutus eques: mox & legiones inſecutæ ī caſtra
impetū fecerunt: minus ſex millia hominum īde effugerunt: cæſa & capta ſupra quinq;: &. xxx. cū ſignis
militaribus. lxx. carpentis gallicis multa præda oneratis plus ducentis. Hamilcar dux pœnus eo prælio ce
cidit: & tres imperatores nobiles gallorum placentini captiui ad duo millia liberorum capitum redditi co
Ingēs gallorum cædes
loni. Magna uictoria lætaq; Romæ fuit litteris allatis ſupplicatio in triduum decreta ē: Romanorum ſo
ciorumq; ad duo millia eo prælio ceciderunt: plurimi dexteræ alæ: in quam primo īpetu īgens uis hoſtiū
illata eſt. Quāq̄ a ꝑtore prope debellatū erat: cōſul quoq;. C. Aurelius præfectis: q̃ Romæ agenda fuerant
ꝓfectus ī Galliā uictorem exercitu a ꝑtore accepit: cōſul alter cum autūno ferme exacto in ꝓuinciam ue
niſſet: circa Apolloniam hybernabat: ab claſſe. q̃ Corcyræ ſubducta erat. C. Claudius: triremeſq; romanæ
ſicut ante dictum eſt. Athenas miſſæ cū Pyreum perueniſſent: deſpondentibus iā aīos ſociis ſpem ingentem
attulerant: nam & terreſtres ab Corintho: q̃ per Megarā īcurſiōes in agros fieri ſolitæ erāt: nō fiebāt: & ꝑdo
num a Chalcide naues: q̃ nō mare ſolum infeſtum: ſed ēt oēs maritimos agros athenienſibus fecerant: non
modo Samū ſuperare ſed ne extra fretum Euripi cōmittere aperto mari ſe audebant: ſuperuenerunt iis tres
rhodiæ quadriremes: & erant atticæ tres aptæ naues ad tuendos maritimos agros comparatæ. Hæc
claſſe ſi urbs agriq; athenienſium defenderentur: ſatis in præſentia exiſtimanti Claudio eſſe: maioris etiā
rei fortuna oblata eſt: exules ab Chalcide regiorum iniuriis pulſi attulerunt occupari Chalcidem ſine cer
tamine ullo poſſe: nam & macedonas quia nullus in propinquo ſit hoſtium metus uagari paſſim: & op
pidanos præſidio macedonum fretos cuſtodiam urbis negligere. His auctoribus profectus quāquam Sa
mum ita mature peruenerat: ut inde prouehi ad primas anguſtias Euboeæ poſſet: ne ſuperato promonto
rio conſpiceretur: claſſem in ſtatione uſq; ad noctem tenuit: primis tenebris mouit & tranquillo perue
Chalcis capitur
ctus Chalcidem pauloante lucem: quā infrequentiſſima urbis ſunt: paucis militibus turrim ꝓximā murū
q; circa ſcalas cepit: alibi ſopitis cuſtodibus: alibi nullo cuſtodiente progreſſi: inde ad frequētia edificiis lo
ca cuſtodibus interfectis refractaq; porta cæteram multitudinem acceperunt. Inde in totā urbē diſcurſum ē
aucto ēt tumultu: quod circa forum ignis iniectus erat conflagrarunt & horrea regia: & armamentarium
cū ingenti apparatu machinarū tormentorūq;: cædes inde paſſim fugientium pariter ac repugnātium fieri
cœpta eſt: nec ullo iam: qui militaris ætatis eſſet: non aut cæſo aut fugato. Sopatro ēt acarnane ꝑfecto præ
ſidii interfecto: præda omnis primum in foꝝ collata: deinde in naues īpoſita: carcer ēt ab rhodiis refract᷒:
emiſſiq; captiui: quos Philippus tanquā in tutiſſimam cuſtodiā condiderat: ſtatuis inde regis deiectis trū
catiſq;: ſigno receptui dato conſcenderūt naues: & Pyræum: unde ꝓfecti erāt: redierūt: q̄d ſi tantum mili
tum romanorum fuiſſet: ut & Chalcis teneri: & non deſeri præſidium Athenarum potuiſſet: magna res
principio ſtatim belli Chalcis & Euripus adempta regi forent: nam ut terra Thermopylarum anguſtiæ
Græciam: ita mari fretum Euripi claudit. Demetriadæ tum philippus erat: quo cum eſſet nunciata cla
des ſociæ urbis: quanquam ſerum auxilium ꝑditis erat: tamen quæ proxima auxilio eſt: ultionem petēs:
cum expeditis quinque millibus peditū &. ccc. eq̄tibus extēplo profectus curſu propere Chalcidem con
tendit haud quāq̄ dubius opprimi romanos poſſe: a qua deſtitutus ſpe nec q̄cq̄ aliud quam ad deforme
ſpectaculum ſemirutæ ac fumantis ſociæ urbis cum ueniſſet paucis uix: qui ſepelirent: bello abſumptos
relictis: æque raptim quam uenerat: tranſgreſſus ponte Euripum per Boetiam Athenas ducit pari incœ
pto haud diſparem euentum ratus reſponſuꝝ: & reſpondiſſet: niſi ſpeculator (Hemerodromas uocant græ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ei)ingens die uno curſu emetiens ſpatium:cõtemplatus regiũ agmen e ſpecula quadam prægreſſus nocte
media Athenas peruenifſet:idem ibi ſomnus:eademq; negligentia erat:quæ Chalcidem dies ante paucos
prodiderat:excitati nuncio trepido & prætor atheniẽſium & Dioxippus præfectus cohortis mercede mi/
litantium auxiliorum:conuocatis in forum militibus:tuba ſignũ ex arce dari iubet:& hoſtes adeſſe om/
nes ſcirent:ita undiq; ad portas ad muros diſcurrunt. Paucas poſt horas Philippus aliquanto tamen ante
lucem appropinquans urbi:conſpectis luminibus crebris & fremitu hominum trepidantium:ut in tali/
bus tumultu exaudito ſuſtinuit ſigna:& cõſidere ac quieſcere agmen iubet:ui aperta propalã uſurus:quã/
do parum dolus profuerat:ad Dipylon acceſſit:porta ea uelut in ore urbis poſita maior aliquanto poten
tiorq;:quam cæteræ eſt & intra eam extraq; latæ ſunt uiæ:ut & oppidani dirigere aciem a foro ad portã
poſſent:& extra limes mille ferme paſſus in Academiæ gymnaſium ferens pediti equitiq; hoſtium liberũ
ſpatium præberet. Eo limite athenienſes cum Attali præſidio & cohorte Dioxippi acie intra portam ĩſtru
cta ſigna extulerunt:quod ubi Philippus uidit:habere ſe hoſtes in poteſtate ratus & diu optata cæde:neq;
enim ulli græcarum ciuitatum infeſtior erat:expleturum cohortatur milites ut ſe intuentes pugnarent ſci
rentq; ibi ſigna:ibi aciem eſſe debere:ubi rex eſſet:concitat in hoſtes equum non ira tantum:ſed etiam glo
ria elatus:quod ingenti turba completis etiam ad ſpectaculum muris conſpici ſe pugnãtem egregium du
cebat:aliquantum ante aciem cum equitibus paucis euectus in medios hoſtes ingentem tum ſuis ardorẽ:
tum pauorem hoſtibus iniecit,plurimos manu ſua comminus eminuſq; uulneratos compulſoſq; in por
tam conſecutus & ipſe cum maiorem in anguſtiis trepidantium ediſſet cædem in temerario incœpto tu
tum tamen receptum habuit:quia:qui in turribus portæ erant:ſuſtinebant tæla ne in permixtos hoſtibus
ſuos coniicerent:intra muros deinde tenentibus milites athenienſibus. Philippus ſigno receptui dato ca/
ſtra ad Cynoſarges(templum herculis:gymnaſiumq;:& lucus erat circũiectus)poſuit:ſed Cynoſarges &
lucus & quicquid ſancti amœniue circa urbem erat:incenſum eſt:dirutaq; non tecta ſolum:ſed etiã ſepul/ Philippus
chra:nec diuini humaniue iuris quicq̃ præ impotenti ira eſt ſeruatum. Poſtero die cum primo clauſæ fu/ Athe.cõ/
iſſent portæ deinde ſubito apertæ:quia præſidium Attali ab Aegina:romaniq; ab pyræo intrauerant ur/ pellit in
bem:caſtra ab urbe rettulit rex tria ferme milia paſſuũ:ĩde Eleuſinam profectus ſpe improuiſo templi ca urbem
ſtelliq; quod & imminet & circũdatum eſt templo capiendi:cum haud quaq̃ neglectas cuſtodias animad/
uertiſſet & claſſem a Pyræo ſubſidio uenire:omiſſo incœpto. Megaram ac protinus Corynthum ducit:&
cum Argis achæorum concilium eſſe audiſſet:inopinantibus achæis concioni ipſi ſuperuenit:conſultabãt
de bello aduerſus Nabin tyrãnum lacedæmoniorum:qui tranſlato imperio a philoppœmene ad Cyclia/
dem nequaq̃ parem illi ducem dilapſa cernens achæorum auxilia redintegrabat bellum:agroſq; finitimo
rum uaſtabat:& iam urbibus quoq; erat terribilis:aduerſus hunc hoſtem:cum quantum ex quaq; ciuita
tum militum conſcriberetur conſultarent. Philippus dempturum ſe eis curam:quod ad Nabin & lecedæ/
monios attineret:pollicitus:nec tantum agros ſociorum populationibus prohibiturum:ſed terrorẽ om/
nem belli in ipſam Laconiam ducto eo extemplo exercitu tranſlaturum. Hæc oratio cum ingenti homi/
num aſſenſu acciperetur:ita tamen æquum eſt inquit:me ueſtra meis armis tutari:ne mea interim nuden/
tur præſidiis:itaq; ſi uobis uidetur:tantum parate militum:quantum ad Horreum:& Chalcidem:& Co
rinthum tuenda ſatis ſint ut meis ab tergo tutis ſecurus bellum Nabidi inferam & lacedæmoniis. Non fe
fellit achæos:quo ſpectaſſet tam benigna pollicitatio:auxiliũq; oblatum aduerſus lacedæmõios:id quæ
ri ut obſidem achæorum iuuentutem educeret ex Peloponneſo ad illigandum romano bello gentem:&
id quidem coarguere Cycliades prætor achæorum nihil attinere ratus,id modo cum dixiſſet non licere le
gibus achæorum de aliis rebus referre:quam propter quas cõuocati eſſent:decreto de exercitu parando ad
uerſus Nabin facto cõcilium fortiter ac libere habitum dimiſit ĩter aſſentatores regios ante eam diem ha/
bitum. Philippus magna ſpe depulſus uoluntariis paucis militibus conſcriptis. Corintum atq; in atticã
terram rediit. Per eos ipſos dies:quibus Philippus in Achaia fuit:Philocus præfectus regi⁹ ex Euboea ꝓ
fectus cum duobus milibus thracum macedonumq; ad depopulandos athenienſium fines e regiõe Eleuſi
nis ſaltum Cithæronis tranſcendit:inde dimidia parte militum ad prædandum paſſim per agros dimiſſa
cum parte ipſe occultus loco ad inſidias opportuno cõſedit:ut ſi ex caſtello ab Eleuſine in prædantes ſuos
impetus fieret:repẽte hoſtes effuſos ex ĩprouiſo adoriretur:non fefellere inſidiæ:itaq; reuocatis:qui diſcur
rerant ad prædandũ militibus:inſtructiſq; ad oppugnandum caſtellum Eleuſinem profectus cum mul/
tis inde uulneribus receſſit:Philippoq; ſe uenienti ex Achaia coniunxit:temptata & ab ipſo rege oppugna
tio eius caſtelli eſt:ſed naues romanæ ab Epiro uenientes intromiſſumq; præſidium abſiſtere incœpto co
egerunt. Diuiſo exercitu rex cum parte Philoclem Athenas mittit:cum parte ipſe Pyræum pergit:ut cum
Philocles ſubeundo muros comminãda oppugnatione contineret urbe athenienſes:ipſi pyræum leui cũ Philippi
præſidio relictum expugnandi facultas eſſet. Cæterum nihil ei Pyræi quam Eluſinis facilior iiſdem fere conſilium
defendentibus oppugnatio fuit:a Pyræo Athenas repente duxit:inde eruptione ſubita peditum equitũq; oppugnã
inter anguſtias ſemiruti muri qui brachiis duobus Pyræum Athenis iungit:repulſus:omiſſa opugnatiõe dis athẽis
urbis diuiſo cum Philocle rurſus exercitu:ad agros uaſtandos profectus:cum priorem populationem ſe
pulchris circa urbem diruendis exercuiſſet:neqd inuiolatũ relinqueret tẽpla deũ:quæ pagatim ſacrata ha/
bebãt:dirui atq; incendi iuſſit:& ornata eo genere operum eximie terra attica & copia domeſtici marmo/
ris & ĩgeniis artificũ ꝓbuit huic furori materiã:neq;.n.diruere modo ipſa tẽpla ac ſimulacra euertere ſatis
habuit:ſed lapides quoq;:ne ĩtegri cumularẽt ruinas:frãgi iuſſit:& poſteaq̃ nõ tã ira ſaciata:quã iræ exer

cendæ materia hæc deerat: agro hoſtiū in Boetiam exceſſit: nec aliud quicquā dignum memoria in Græ-
cia egit. Conſul Sulpitius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium habebat caſtra ad tarſum flu
mē: quo acceſitum Titum Apuſtiū legatū cum parte copiarū ad depopulandū hoſtium fines mittit. Apu
ſtius extrema Macedoniæ populatus: Corrhago & Gerrunio & orreſſo caſtellis prīo īpetu captis: ad An-
tepatriā in faucibus anguſtis ſitam urbē uenit: ac primo euocatos principes ad colloquiū: ut fidei roma-
norum ſe committerēt: perlicere ē conatus: deinde ubi magnitudine ac mœnibus ſituq; urbis fræti dicta
aſpernabant̃ui atq; armis adortus expugnauit: puberibuſq; interfectis præda omni militibus cōceſſa di
ruit: muros: atq; urbem incēdit. Hic metus Codrionē ſatis ualidum & munitū oppidū ſine certamine: ut
dederetur romanis: effecit. Præſidio ibi relicto. Indus nomē ꝓpter alterā in Aſia urbem: quā oppidū no-
tius ui capitur. Reuertentem legatū ad conſulē cū ſatis magna ꝑda Athenagoras qdam regius præfect⁹ in
tranſitu fluminis a nouiſſimo agmine adortus poſtremos turbauit: ad quorū clamorē & trepidationē cū
reuectus ꝓpere legatus ſigna cōuertiſſet: coniectiſq; in mediū ſarcinis aciem direxiſſet: nō tulere impetū ro-
manorū militū regii. Multi ex iis occiſi: plures capti. Legatus incolumi exercitu reducto ad conſulē reuer-
titur: inde extēplo ad claſſem: Hoc ſatis felici expeditione bello cōmiſſo reguli ac principes accolæ macedo-
num in caſtra romana ueniunt. Pleuratus Serdileni filius: & Aminā der athamanū rex: & ex dardanis Ba-
to Longari filius: bellū ſuo nomine Longarus cū Demetrio Philippi patre geſſerat: pollicentibus auxilia
reſpondit conſul: dardanorū & Pleurati opera: cū exercitum in Macedoniā induceret: ſe uſurū: Aminādro
ætolos cōcitandos ad bellū attribuit: Attali legatis: nam ii quoq; p id tpˢ uenerant: mādat ut Æginæ rex:
ubi hybernabat: claſſem romanā opperiret̃: qua adiuncta bello maritimo ſicut ante Philippū urgeret: ad
Varii bellorum apparatus
rhodios quoq; miſſi legati: ut capeſſerent partē belli. Nec Philippus ſegnius: iam enim in Macedoniā per
uenerat: apparabat bellū filiū Perſea puerū admodū datis ex amicorū numero: qui ætatē eius regerēt: cum
parte copiarū ad obſidendas anguſtias quæ ad Pelagoniā ſunt: mittit. Sciatū & Pepetrecū haud ignobiles
urbes: ne claſſi hoſtiū prædæ aut p̄mio eſſent: diruit: ad ætolos mittit legatos: ne gens inquieta aduētu ro-
Panætolium
manorū fidē mutaret. Concilium ætolorū ſtatuta die: quo panætoliū uocant: futurū erat: huic ut occurre-
rēt: & legati regis iter accelerarūt & ab cōſule miſſus Lucius Ruffus purpurio legatus uenit: athenienſium
quoq; legati ad id conciliū occurrerunt. Primi macedones: cū qbus recentiſſimū fœdus erat: auditi ſunt: q
noua nulla re nihil ſe noui habere: quod afferrent: dixerunt: quibus enim de cauſis experta inutili ſocietate
romana pacem cū Philippo feciſſent: compoſitā ſemel ſeruare eos debere. An imitari īquit unus ex legatis
romanorū licentiam: an leuitatem dicam: mauultis: qui cum legatis ueſtris Romæ reſpōderi ita iuſſiſſent:
quid ad nos uenitis ætoli: ſine quorū auctoritatem pacem cum Philippo feciſtis: idem nunc ut bellum ſe-
cum aduerſus Philippum geratis: poſtulat: & antea propter uos: & ꝓ uobis arma ſumpta aduerſus eum
ſimulabant: nunc uos in pace eſſe cum Philippo prohibent. Meſſanæ ut auxilio eſſent primo in Siciliam
conſcēderunt: iterū ut Syracuſas oppreſſas ab carthaginenſibus in libertatē eximerent & Meſſanam: & Sy-
racuſas: & totam Siciliam ipſi habet: uectigalemq; prouinciam ſecuribus: & faſcibus ſubiecerunt. Scilicet
ſicut uos Naupati legibus ueſtris per magiſtratus a uobis creatos cōcilium habetis: ſocium hoſtemq; libe
re: quem uelitis: lecturi pacem ac bellum arbitrio habituri ueſtro: ſic ſiculorum ciuitatibus Syracuſas: aut
Acris macedonis legati actio in romanos
Meſſanam: aut Lilybæū indicitur cōcilium populi romani: romanus conuentus agitur: eo imperio euo-
cati conueniunt: excelſo in ſuggeſtu ſuperba iura reddentem ſtipatum lictoribus uident: uirgæ tergo ſecu-
res ceruicibus imminent: & quotannis alium atq; alium dominū ſortiuntur: nec id mirari debent aut poſ-
ſunt: cum Italiæ urbes Rhegium Tarentum Capuamue finitimas quarū ruinis creuit urbs romana: eiuſ-
dem ſubiectas uideant imperio. Capua quidem ſepulchrum & monumentum campani populi elato:
extorri & eiecto ipſo populo ſupereſt urbs trunca ſine ſenatu: ſine plebe: ſine magiſtratibus: prodigium re-
licta crudelius habitanda: quam ſi deleta foret. Furor ē ſi alienigenæ homines plus lingua & moribus &
legibus: quam maris terrarumque ſpatio diſcreti hæc tenuerunt: ſperare quicquam: eodem ſtatu manſurū.
Philippi regnum officere aliquid uideri libertati ueſtræ: qui cum merito ueſtro uobis infeſtus eſſet: & ni-
hil a uobis ultra quam pacem petit: fidemque hodie pacis pactæ deſiderat: aſſuefacite iis terris legiones ex
ternas: & iugum accipite: ſero ac ne quicquam cum dominum Romanum habebitis: ſocium Philip-
pum quæretis. Aetolos acarnanes macedones eiuſdem linguæ homines leues ad tēpus ortæ cauſæ diſiun-
gunt: coniunguntque cum alienigenis cum barbaris: æternum omnibus græcis bellum eſt: eritque: na-
tura enim: quæ perpetua eſt: non mutabilibus in diem cauſis hoſtes ſunt: ſed unde cœpit oratio mea: ibi
deſinet. Hoc eodem loco iidem homines de eiuſdē Philippi pace triennio ante decreuiſtis: iiſdē improban
tibus eam pacem romanis q nunc pactam & compoſitam turbare uolunt: in qua conſultatiōe nihil for
tuna mutauit: cur uos mutetis: nō uideo. Secundū macedonas ipſis romanis ita cōcedētibus iubentibuſq;
athenienſes: q fœda paſſi iuſtius in crudelitatē ſæuitiāq; regis inuehi poterant: introducti ſunt. Deplorauē
runt uaſtacionē populationēq; miſerabilem agrorū: neq; id ſe queri qđ hoſtilia ab hoſte paſſi forent: eſſe
enim q̄dam belli iura: q̄ ut facere: ita pati ſit fas: fata exuri: dirui tecta: ꝑdas hoīum pecorumq; agi miſera
magis q̄ indigna patienti eſſe: uerū enimuero id ſe queri: quod q romanos alienigenas & barbaros uocet:
adeo oīa ſimul diuina humanaq; iura polluerit: ut priore populatione cū infernis diis ſecunda cū ſuperis
bellum neceſſariū geſſerit: omnia ſepulchra monumentaq; dirruta eē in finibus ſuis omniū nudatos ma-
nes: nullius oſſa terra tegi: delubra ibi diruta: quæ quondam pagatim habitantes in paruis illis caſtellis ui
ciſq; conſecrata: ne in unam urbē quidem contributi maiores ſui deſerta relinquerīt: circa ea oīa tēpla Phi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lippum infeſtos circũtuliſſe ignes: ſemiuſta & truncata ſimulacra deum inter proſtratos iacere poſtes tẽplorum: qualẽ terrã atticam fecerit exornatam quondam opulentãq;: talem eum: ſi liceat, Aetoliam Græciamq; omnem factuꝝ: urbis quoq; ſuæ ſimilem deformitatemq; futuram fuiſſe: niſi romani ſubueniſſent: eodem enim ſcelere urbem colentẽ hos duos præſidemq; arcis Mineruam petitam: eodem eleuſinæ Cereris templũ eodẽ Pyræi Iouem Mineruamq;. Sed ab eoꝝ nõ templis modo: ſed etiam mœnibus uim atq; armis repulſum: in ea delubra: quæ ſola religione tuta fuerint: ſediſſe. Itaq; ſe orare atq; obſecrare ætolos: ut miſerti athenienſiũ ducibus diis ĩmortalibus: deinde romanis: qui ſecundũ deos plurimũ poſſint: bellum accipiant. Tum romanus legatus totam orationis meæ formam macedones primum: deinde athenieñſes mutarunt: nam & macedones cũ ad conquerendas Philippi iniurias in tot ſocias nobis urbes ueniſſent: ultro accuſando romanos defenſionem: ut accuſatione potiorẽ haberem: effecerunt: & athenienſes in deos ſuperos inferoſq; nefanda atq; inhumana ſcelera eius referẽdo: quid mihi aut cuiquam reliquerunt: quod obiicere ultra poſſimus? eadẽ chios: abydenos: æneos: maronitas: thaſios: parios: ſamios: lariſſenſes: meſſenios: hinc ex Achaia exiſtimate queri grauiora etiam acerbioraq; eos: quibus nocendi maiorem facultatem habui. Nã quod ad ea attinet: quæ nobis obiecit: niſi gloria digna ſunt: fateor ea defendi non poſſe. Rhegium: & Capuam: & Syracuſas nobis obiecit. Rhegium Pyrrhi bello legio a nobis rheginis ipſis: ut mitteretur orantibus in præſidium miſſa: urbem ad quam defendendam miſſa erat: per ſcelus poſſedit: cõprobauimus igitur id facinus? an bello perſecuti ſceleratam legionem in poteſtatem noſtram redactã: tergo & ceruicibus pœnas ſociis pendere cũ coegiſſemus: urbem agros ſuaque omnia cum libertate legibuſq; rheginis reddimus? Syracuſanis oppreſſis ab externis tyrãnis: quo indignius eſſet: cum tuliſſemus opẽ & fatigati prope p triennium terra mariq; urbe munitiſſima oppugnanda eſſemus: cum ipſi ſyracuſani ſeruire tyraunis: quam capi a nobis mallent: captam iiſdem armis & liberatam urbẽ reddidimus: neq; inficiati ſumus Siciliam prouinciam noſtram eſſe: & ciuitates: quæq; in parte chartaginenſiũ fuerunt: & uno animo cum illis aduerſus nos bellum geſſerunt: ſtipendiarias nobis ac uectigales eſſe. Quin contra hoc & uos & omnes gentes ſcire uolumus: pro merito cuiq; erga nos fortuna eſſe. An campanoꝝ pœnæ: de qua neq; ipſi quidem queri poſſunt: nos pœniteat? hi homines cum pro iis bellum aduerſus ſamnites p annos prope ſeptuaginta cum magnis noſtris cladibus geſſiſſemus: ipſos fœdere primum: deinde cõnubio: atq; inde cognationibus: poſtremo ciuitate nobis cõiunxiſſemus: tempore noſtro aduerſo primi omnium Italiæ populorum præſidio noſtro fœde interfecto ad Annibalẽ defecerunt: deinde indignati ſe obſideri a nobis Annibalem ad oppugnandam Romam miſerunt. Horum ſi neq; urbs ipſa: neque homo quiſquã ſupereſſe: quis id durius quam pro merito ipſoꝝ ſtatutum indignari poſſet? plures ſibimetipſi conſcientia ſcelerum mortem cõſciuerunt: quam a nobis ſupplicio affecti ſunt: cæteris ita oppidum: ita agros ademimus: ut agrum locumq; ad habitandum daremus: urbem innoxiam ſtare incolumem pateremur: ut qui hodie uideat: eam nullum oppugnatæ captæue ibi urbis ueſtigium inueniat. Sed quid ego Capuam dico: cum Carthagini uictæ pacem ac libertatem dederimus? magis illud eſt periculum ne nimis facile uictis ignoſcendo: plures ob idipſum ad experiundam aduerſus nos fortunam belli incitemus. Hæc pro nobis dicta ſunt. Hæc aduerſus Philippũ: cuius domeſtica parricidia: & cognatorum amicorũq; cædes: & libidinem prope ĩhumaniorem: quam crudelitatem uos: quo propiores Macedoniæ eſtis: melius noſtis. Quod ad uos attinet: ætoli nos p uobis bellum ſuſcepimus aduerſus Philippum: uos ſine nobis cum eo pacem feciſtis: & forſitan dicatis bello punico occupatis nobis coactos metu uos leges pacis ab eo: qui tũ plus poterat accepiſſe & nos cum alia maiora urgerent depoſitum a uobis bellum & ipſi omiſimus: nũc & nos deum benignitate punico perfecto bello totis uiribus noſtris in Macedoniam incubuimus: & uobis reſtituendi uos in amicitiam ſocietatemque noſtram fortuna oblata eſt: niſi perire cum Philippo: quã uincere cum romanis mauultis. Hæc dicta ab romano cum eſſent: inclinatis omnium animis ad romanos. Democritus prætor ætolorum: pecunia: ut fama eſt: ab rege accepta: nihil aut huic aut illi parti aſſenſus: [r]em magni diſcriminis: Conſiliis nullam eẽ tam inimicam: quam celeritatem dixit: celerem enim pœnitentiam: ſed tandem ſeram atque inutilem ſequi: cum præcipitata raptim conſilia neque reuocari: neque in integrum reſtitui poſſint: deliberationis autem eius: cuius ipſe maturitatem expectandam putaret: tempus ita iam nunc ſtatui poſſe: cum legibus cautum eſſet: ne de pace belloue niſi in panætolico & pyrrhiaco concilio ageretur: decernerent extemplo: ut prætor ſine fraude: cum de bello & pace agere uelit: aduocet concilium: & quod tum referatur: decernaturque: ut perinde ius ratumque: ac ſi in panætolico aut pirrhiaco concilio actum eſſet. Dimiſſis ita ſuſpenſa relegatis egregie conſultum genti aiebat: nam utrius partis melior fortuna eſſet belli ad eius ſocietatem inclinaturos. Hæc in concilio ætolorum acta. Philippus impigre terra marique parabat bellum: nauales copias Demetriadem in Theſſiam contrahebat. Attalum romanamque claſſem principio ueris ab Aegina ratus moturos: nauibus maritimæque oræ præfecit Heraclidam: quem & ante præfecerat. Ipſe terreſtris copias comparabat magna ſe duo auxilia detraxiſſe romanis credens: ex una parte ætolos: ex altera dardanos: faucibus ad Pelagoniam a filio Perſeo intercluſis. Ab conſule non parabatur: ſed gerebatur iam bellum: per Darſetiorum fines exercitum ducebat frumentum: quod ex hybernis extulerat: integrum uehens quod in uſum militi ſatis eſſet: præbentibus agris: oppida uicique partim uoluntate: partim metu ſe tradebant: quædam ui expugnata: quædam deſerta in montes propinquos refugientibus barbaris inueniebantur. Ad lyncum ſtatiua poſuit prope flumen Bae[u]um: inde frumentatum circa horrea Darſetiorum mittebat. Philippus

*Legati romani acti o in Aetolorũ concilio*

*Att[ĩ] romãi legati uehemẽte actionẽ*

conſternabat quidem omnia circa: pauoremq; ingentem hominum cernebat: ſed parũ gnarus quam par
tem periſſet conſul: alam equitum ad explorandũ: quo nam hoſtes inter ĩtendiſſent: miſit: idem error apud
Celeritas cõſulem erat: mouiſſe ex hybernis regẽ ſciebat: quã regionẽ petiſſet ignorans: is quoq; ſpeculatum miſerat
conſiliis equites: hæ duæ alæ ex diuerſo: cũ diu incertis itineribus uagatæ p darſctios eẽnt: tandẽ in unum iter cõue
inimica nerunt: neutros fefellit: ut fremitus ꝓcul hoĩum equorumq; exauditus ẽ hoſtes appropinquare: itaq; pri
uſquam in conſpectũ uenirent: equos armaq; expedierãt: nec mora: ubi primũ hoſtem uidere: concurrẽdi
facta ẽ: forte & numero & uirtute utpote lecti utrinq; haud impares: æquis uiribus per aliquot horas pu
gnauerũt: fatigatio ipſoꝝ equorumq; ĩcerta uictoria diremit prælĩũ: macedonũ. xl. equites: romanoꝝ qu
q; &. xxx. ceciderunt: neq; eo magis explorati quicquã: in qua regione hoſtium caſtra eſſent: aut illi ad re
gem: aut iſti ad conſulem rettulerunt: p trãſfugas cognitum ẽ: quos leuitas ingenioꝝ ad cognoſcendas ho
ſtium res in omnibus bellis præbet. Philippus aliqd & ad caritatẽ ſuorum: & ut promptius per eo pericu
Eqſtre lum adirent ratus profecturum ſeſſi eqtum: qui ceciderãt in expeditione ſepeliendoꝝ curam habuiſſet: af
certamen ferri eos in caſtra iuſſit: ut cõſpiceretur ab oĩbus funeris honos. Nihil tã incertum: nec tam inæſtimabile ẽ
quam animi multitudinis: quod prõptiores ad ſubeundã oẽm dimicationẽ uidebaẽ facturũ: id metũ pi
gritiamq; incuſſit: nam qui haſtis ſagiptiſq; & rara lanceis uulnera facta uidiſſent: cũ græcis Illyriciſq; pu
gnare aſſueti: poſteaq̃ gladio hiſpanienſi detruncata corpora brachiis abſciſſis: aut tota ceruice deſecta diui
ſa a corpore capita patentiaq; uiſcera: & fœditatem aliam uulnerum uiderunt: aduerſus quæ tæla: quoſq;
uiros pugnandũ eſſet: pauidi uulgo cernebãt: ipſum quoq; regem terror cepit nõdum iuſto prælio cũ ro
manis cõgreſſum: itaq; reuocato filio præſidioq;: quod in faucibus Pelagoniæ erat: ut iis copiis ſuas au
geret. Pleurato dardaniſq; iter in Macedoniã patefecit. Ipſe cũ. xx. millibus peditũ quattuor millibus equi
tum ducibus tranſfugis ad hoſtem profectus: paulo plus. cc. paſſus a caſtris romanis tumulum ꝓpinquũ
Athaco foſſa ac uallo cõmuniuit: ac ſubiecta cernẽs romana caſtra admiratus eẽ dicitur: & uniuerſam ſpe
ciem caſtroꝝ. & deſcripta ſuis quæq; partibus: tũ tẽdentium ordine: tũ itineꝝ interuallis: & negaſſe barba
roꝝ ea caſtra ulli uideri poſſe. Biduo cõſul & rex alter alterius conatus exp. ctantes cõtinuere ſuos ĩtra ual
lum: tertio die romanus oĩs copias in aciẽ eduxit. Rex tam celerem aleam uniuerſi certaminis timens qua
Trallis dringẽtos Trallis: illyricoꝝ: id ſicut alio diximus loco: ẽ genus: & cretẽſes. ccc. addito iis peditibus primũ
numero equitũ cũ duce Athenagora uno ex purpuratis ad laceſſendos hoſtiũ equites miſit: ab romanis au
tẽ aberat acies eoꝝ paulo plus quingentos paſſus: uelites & equitũ duæ ferme alæ emiſſæ: ut numero quo
q; eques pedeſq; hoſtẽ æquarent. Credidere regii genus pugnæ: cui aſſueuerant fore: ut equites inuicem in
ſequentes refugiẽteſq; nũc tælis uterentur: nũc terga darent: illyricoꝝ uelocitas ad excurſiones & impetus
ſubitos uſui eẽt: cretenſes in inuehentẽ ſe effuſe hoſtem ſagiptas conicerent: turbauit hunc ordinẽ pugnan
di non acrior quam pertinacior ĩpetus romanoꝝ: nam haud ſecus quam ſi tota acie dimicarent: & uelites
emiſſis haſtis cõminus gladiis rem gerebant: & equites: ut ſemel in hoſtem euecti ſunt: ſtantibus equis par
tim ex ipſis equis: partim deſilientes ĩmiſcenteſq; ſe peditibus pugnabãt: ita nec eques regius equiti par erat
inſuetus ad ſtabilem pugnam: nec pedes cõcurſator & uagus & prope ſeminudus genere armoꝝ: ueluti ro
Macedo/ mano parmam gladiumq; habẽti: pariterq; & ad ſe tuendũ: & ad hoſtem petendum armato. Non tulere
nũ fuga itaq; dimicationem: nec alia re quam uelocitate tutantes ſe in caſtra refugerunt. Vno deinde intermiſſo die
cum oĩbus copiis equitum leuiſq; armaturæ rex pugnaturus eſſet: nocte cetratos: quos peltas uocant: loco
opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat: præceperatq; Athenagoræ & equitibus: ut ſi aperto præ
lio ꝓcederet res: uterentur fortuna: ſi minus cedendo ſenſim ad inſidiaꝝ locum hoſtem pertraherent: & eq
tatus quidem ceſſit: duces cetratæ cohortis non ſatis expectato ſigno ante tẽpus excitatis ſuis occaſionẽ be
ne gerendæ rei amiſere: romanus & aperto prælio uictor & tutus a fraude inſidiarũ ad caſtra ſeſe recepit.
Poſtero die omnibus copiis conſul in aciem deſcendit ante prima ſigna locatis elephantis: quo auxilio tũ
primum romani: quia captos aliquot bello punico habebant: uſi ſunt: ubi latentẽ intra uallũ exprobrans
metũ ſucceſſit: poſtea quam ne tum quidem poteſtas pugnandi dabatur: quia ex tam propinquis ſtatiuis
Philippo parũ tuta frumentario erat: diſperſos milites per agros eqtibus exemplo inuaſuris octo ferme inde millia
cõſiliũ in interuallo tutiorem frumentationem habiturus: caſtra ad Atabolum id eſt loco nomen mouit. Cum ĩ ꝓ
opprimẽ pinquo frumentarentur agro romani: primo rex intra uallum ſuos tenuit: ut creſceret ſimul & negligẽtia
dis Ro. cum audacia hoſti: ubi effuſos uidit cum omni equitatu & cretenſium auxiliaribus quantum equitẽ ue
frumẽta/ lociſſimi pedites curſu æquare poterant: citato profectus agmine inter caſtra romana & frumentatores cõ
toribus ſtituit ſigna: inde copiis diuiſis partim ad cõſectandos uagos frumentatores emiſit: dato ſigno ne quẽ unũ
relinquerent: cum parte ipſe ſubſtitit: itineraq;: quibus ad caſtra recurſuri uidebantur hoſtes: obſedit. Iam
paſſim cædes & fuga erat nec dum quiſquam in caſtra romana nuncius cladis peruenerat: quia refugien
tes in regiã ſtationem incidebant: & plures ab obſidentibus uias quam ab emiſſis ad cædem interficieban
tur: tandẽ inter medias ſtationes elapſi quidam trepidi tumultũ magis quã certum nuncium intulerunt ca
ſtris. Conſul eqtibus iuſſis qua quiſq; poſſet opẽ ferre laborantibus: ipſe legiones e caſtris educit: & agmi
ne quadrato ad hoſtẽ ducit. Diſperſi equites p agros qdã aberrarũt decepti clamoribus aliis ex alio exiſtẽ
tibus loco: pars obuios habuerũt hoſtes: pluribus locis ſimul pugna oritur. Regia ſtatio atrociſſimũ præ
lium ædebat: nam & ipſa multitudine equitũ peditumq; prope iuſta acies erat: & romanoꝝ: quia mediũ
obſederat iter: plurimi ĩ eã inferebantur: eo quoq; ſupiores macedões erãt: qđ & rex ipſe hortator aderat:
& cretenſiũ auxiliares multos ex improuiſo uulnerabãt cõferti ꝑparatiq; ĩ diſperſos & effuſos pugnantes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quod ſi modum in ſequendo habuiſſent: non in p̄ſentis modo certaminis gloriam: ſed in ſummā ēt bel-
li profectum foret: nunc auiditate cædis intēperatius inſecuti in ꝓgreſſas cum tribunis militum cohortes
romanas incidere: & fugiens eques: ut primo ſigna ſuoꝝ uidit: conuertit ī effuſos hoſtes equos uerſaq; mo
mento tp̄is fortuna pugnæ: eſt terga dantibus q̄ modo ſecuti erant: multi cōminus cōgreſſi multi fugiētes
interfecti: nec ferro tantum periere: ſed in paludes quidam coniecti profundo limo cum ipſis equis hau-
ſti ſunt: Rex quoq; in periculo fuit: nam ruente ſautio æquo p̄ceps in terram datus haud multū abfuit: qn
iacens opprimeretur: ſaluti fuit eques: qui raptim ipſe deſiluit: pauidumq; regem ī equum ſubiecit: ipſe cū
pedes æquare curſu fugientes nō poſſet equites: ab hoſtibus ad caſum regis concitatis confoſſus perit. Rex
circūuectus per paludes peruias inuiaſq; trepida fuga in caſtra tandem iam deſperantibus plæriſq; incolu
men euaſurum peruenit. Ducenti macedonū equites eo p̄lio periere: centū ferme capti. lxxx. admodum or
nati equis ſpoliiſq; ſimul armorum relictis abducti. Fuerunt: qui hoc die regem temeritatis: conſulē ſegni
ciæ accuſarent: nam & Philippo quieſcendum fuiſſe: cum paucis diebus hoſtes exhauſto circa omni agro Philippi
ad ultimum inopiæ uenturos ſciret: & conſulem cum equitatu hoſtium leuemq; armaturā fudiſſet: ac ꝓ equus
pe regem ipſum cepiſſet: protinus ad caſtra hoſtium ducere debuiſſe: nec enim manſuros ita pulſos hoſtes corruit
fuiſſe: debellatiq; momento tp̄is potuiſſe. Id dictu: quā re ut plæraq; facilius: nam ſi omnibus peditum
quoq; copiis rex congreſſus fuiſſet: forſitan inter tumultum cum oēs uicti metuq; pculſi ex p̄lio ītra ual-
lum: protinus inde ſuperuadentē in munimenta uictorem hoſtemq; fugerent: exui caſtris potuerit rex: cū
uero integræ copiæ peditum in caſtris manſiſſent: ſtationes ante portas p̄ſidiaq; diſpoſita eſſent: quid niſi
ut temeritatē regis effuſe paulo ante ſecuti perculſos equites imitaretur: profeciſſet? neq; enim ne regis qui
dem primū cōſilium: quo īpetum in frumentarios romanos palatos p̄ agros fecit: rep̄hendendum foret:
ſi modū proſperæ pugnæ īpoſuiſſet: eo quoq; minus ē mirū temptaſſe eum fortunam: quod fama erat
Pleuratum dardanoſq; igentibus copiis profectos domo iam in Macedoniam tranſcendiſſe: quibus cū
undiq; circūuētus copiis foret: ſedentē romanū debellaturū credi potuerit. Itaq; ſecundum duas aduerſas
equeſtris pugnas: multominus tutā morā in his ſtatiuis fore Philippus ratus: cum abire inde & fallere abi
ens hoſtem uellet: caduceatore ſub occaſum ſolis miſſo ad conſulem: qui inducias ad ſepeliēdos peteret fru
ſtratus hoſtem ſecunda uigilia multis ignibus per tota caſtra relictis: ſilenti agmine abiit: Corpus iam
curabat conſul: cū ueniſſe caduceatorem: & quid ueniſſet: nunciatum. Reſponſo tamen dato mane poſtero
die fore copiā conueniēdi: id quod q̄ſitum erat: nox dieiq; inſequentis pars ad p̄cipiendum iter Philippo
data eſt: montes quoq;: quā uiā non igreſſurum graui agmine romanū ſciebat: petit. Conſul prima luce ca
duceatore datis īduciis dimiſſo: haud ita multo poſt abiſſe hoſtē cū ſenſiſſet: ignarus qua ſequeretur: iiſdē
ſtatiuis frumētando dies aliquot cōſumpſit. Stuberrā deīde petit: atq; ex Pelagonia frumentū: quod ī agris
erat: cōuexit. īde ad pluuinā ē progreſſus nōdum cōperto quā regionē hoſtes petiſſent. Phillippus cum pri-
mo ad Bruannā ſtatiua habuiſſet: profectus inde tranſuerſis limitibus terrorem p̄buit ſubitum hoſti: mo-
uere itaq; ex Pluuina romani: & ad oſpagū flumē poſuerūt caſtra. Rex haud ꝓcul inde & ipſe uallo ſup ri
pā amnis ducto. Erigoniū īcolæ uocāt: tendit: īde ſatis compto Erduacā petituros romanos ad occupādas
anguſtias: ne ſupare hoſtes arctis faucibus incluſum aditū poſſent: p̄ceſſit: ibi alia uallo: alia foſſa: alia lapi-
dum cōgerie ut pro muro eſſent: alia arboribus obiectis: ita ut locus poſtulabat: aut materia ſuppeditabat:
ope p̄muniit: atq; ut ipſe rebat̃ uiā ſuapte natura difficilem: obiectis p̄ oēs trāſitus operibus inexpugnabi-
lem fecit. Erant plæraq; ſiluestria circa incōmoda phalangi maxīe macedonū: quæ niſi ibi p̄longis haſtis
uelut uallū ante clypeos obiecit: q̄d ut fiat: libero cāpo opus eſt: nullius admodū uſus eſt: thracas quoq; rū
pheæ ingentis & ipſæ lōgitudinis iter obiectos undiq; ramos īpediebant: cretenſium una cohors nō inuti-
lis erat: ſed ea quoq; ipſa: ut ſiqs īpetum faceret: in patentē uulneri equum eqtemq; ſagiptas coniicere pote-
rat: ita aduerſus ſcuta romana nec ad traiiciendū ſatis magnā uim habebat: nec apti quicquā erat: quod pe-
teret itaq; id ut uanū tæli genus ſenſerunt eſſet: ſaxis paſſim tota ualle iacentibus inceſſabant hoſtē: ea maio
re cum ſonitu quam uulnere ullo pulſatio ſcutoꝝ parumper ſuccedentes romanos tenuit: deinde iis quoq;
ſpretis partim teſtudine facta p̄ aduerſos uadūt hoſtes: partim breui circuitu: cum in iugū collis euaſiſſent:
trepidos ex p̄ſidiis ſtationibuſq; macedonas deturbant & ut ī locis īpeditis difficili fuga: plæroſq; ēt obtrū
cant: ita anguſtiæ minore certamine: quā quod aīs ꝓpoſuerāt: ſupatæ: & ī Erduacā p̄uentum: ubi p̄uaſtatis
paſſim agris ī Elimiā ſe recepit. īde īpetum ī Oreſtidem fecit: & oppidum Celetrū ē aggreſſus ī peninſula ſi Macedo
tum: lacus mœnia cingit anguſtis faucibus: unde ex cōtinenti iter eſt: prīo ſitu ipſo fræti clauſis portis īpe- nū fuga
rium abnuere: deinde poſteaquā ſigna ferri: ac teſtudine ꝓcedi ad portā: obſeſſaſq; fauces agmine hoſtium
uiderūt: priuſq̄ experirent̃ certamē: metu ī deditionē uenerūt: Ab Celetro ī daſſa retios ꝓceſſit: urbēq; Peliū
ui cepit. Seruitia īde cū cætera turba abduxit: & libera capita ſine p̄cio dimiſit: oppidumq; iis reddidit p̄ſi-
dio ualido īpoſito: nam & ſita opportune urbs erat ad īpetus in Macedoniā faciendos. Ita p̄agratis hoſtiū
agris conſul ī loca iam pacata ad Apolloniā: unde ortum bellum erat: copias reduxit. Philippum auerterāt
ætoli: & acarnanes: & dardani: & tot bella repente alia ex aliis locis exorta. Aduerſus dardanos iā recipien-
tes & ex Macedonia ſeſe Athenagorā cū expeditis peditibus ac maiore parte equitatus miſit: iuſſum inſta-
re ab tergo abeūtibus: & carpendo poſtremū agmen ſegniores eos ad mouendos domo exercitus efficere.
Aetolis Democritus prætor: qui more ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat: idem pro-
ximo concilio ad arma cōciuerat: poſt famam equeſtris ad Eccalobum pugnæ dardanorūq; & Pleurati cū
illyricis tranſitum in Macedoniā: ad hæc claſſis romanæ aduentū ī oreum & ſup circūfuſas tot Macedo-

niæ gentes maritimam quoqꝫ inſtantem obſidionē:hæ cauſæ Democritum ætoloſqꝫ reſtituerant romāis
& Aminandro rege athamanū adiuncto profecti Cerciniū obſidere:clauſerant portas incertū ui an uolun
tate: q uia regium habebant præſidium:cæterum intra paucos dies captū ē Cercinium atqꝫ incenſum: q
ſuperfuerunt e magna clade:liberi ſeruiqꝫ inter cæteram p̄dam abducti. Is timor omnis: qui cicuncolunt
Boebe palus
boeben paludē relictis urbibus montes coegit petere. Aetoli inopia prædæ inde auerſi in Perrhebiam ire
pergunt:Cirecias in uia capiunt:fœdeqꝫ diripiunt:qui Malcam incolunt uoluntate in deditionem ſocieta
temqꝫ accepti. Ex Perrhebia Gomphos petendi Aminander auctor erat: & īminet Athamania huic urbi:
uidebaturqꝫ expugnari ſine magno certamine poſſe:ætoli campos Theſſaliæ opimos ad p̄dam petiere: ſe
quente quāquam non probante Aminandro:nec effuſas populationes ætolorū: nec caſtra: quo ſors tuliſ
ſet loco: ſine ullo diſcrimine ac cura muniendi poſita:itaqꝫ ne temeritas eorum negligentiaque ſibi ac ſuis
etiam cladis alicuius cauſa eſſet:cum campeſtribus locis ſubiicientes eos caſtra Phecado urbi uideret: ipſe
paulo plus quingentorum paſſuum inde tumulum ſuis quāuis leui munimento tutum cepit. Cū ætoli
niſi quod populabantur:uix meminiſſe uiderentur ſe in hoſtium agro eſſe:alii palati ſemiermes uagaren
tur:alii in caſtris ſine ſtationibus per ſomnum uinumqꝫ dies noctibus æquarent. Philippus inopiātibus
aduenit:quem cum adeſſe refugientes ex agris quidam pauidi nunciaſſent: trepidare Democritus cæteriqꝫ
duces: & erat forte meridianum tempus:quo plæriqꝫ graues cybo ſopiti iacebant:excitare igitur alii alios:
iubere arma capere:alios dimittere ad reuocandos:qui palati per agros prædabantur:tantaqꝫ trepidatio fu
it:ut ſine gladiis quidā equitum exirent:loricas plæriqꝫ non induerent:ita raptim educti cum ſexcentorum
ægre ſimul equites pediteſqꝫ numerū expleſſent:īcidunt in regium equitatū numero animis armiſqꝫ præ
ſtantem. Itaqꝫ primo īpetu fuſi:uix temptato certamine turpi fuga repetunt caſtra:cæſi captiqꝫ q̄dam quos
equites ab agmine fugientium intercluſere. Philippus ſuis iam uallo appropinquantibus receptui cani iuſ
ſit:fatigatos enim equos uiroſqꝫ non tam prælio:quam itineris ſimul longitudine:ſimul præpropera celeri
tate habebat. Itaqꝫ turmatim equites inuicemqꝫ manipulos leuis armaturæ aquatum ire & prandere iubet
alios:in ſtatione armatos retinet: opperiens agmen peditum tardius ductum propter grauitatem armorū
quod ubi aduenit: & ipſis imperatum:ut ſtatutis ſignis armis ante ſe poſitis raptim cybum caperent:binis
terniſue ad ſummum ex manipulis aquandi cauſa miſſis. Interim eques cum leui armatura paratus inſtru
ctuſqꝫ ſtetit:ſiquid hoſtis moueret:ætoli iam enim & quæ per agros multitudo ſparſa fuerat: receperant ſe
in caſtra ut defenſuri munimenta:circa portas uallumqꝫ armatos diſponunt:dum quietos hoſtes ipſi fero
ces ex toto ſpectabant:poſteaquam mota ſigna macedonum ſunt: & ſuccedere ad uallum parati atqꝫ inſtru
cti cœpere: oēs repente relictis ſtationibus per auerſam partem caſtrorum ad tumulum caſtra athamanum
pefugiunt:multi in hac quoqꝫ tam trepida fuga capti cæſiqꝫ ſunt ætolorum Philippus: ſi ſatis diei ſupereſ
ſet:non dubius quin athamanes quoqꝫ exui caſtris potuiſſent:die per prælium:deinde per direptionem ca
ſtrorum abſumpto:ſub tumulo in proxima planicie conſedit:prima luce inſequentis d ei hoſtem aggreſſu
Etholorꝫ fuga
rus:ſed ætoli eodem pauore:quo ſua caſtra relinquerant:nocte proxima diſperſi fugerunt. Maxime uſui
fuit Aminander:quo duce athamanis itinerum peritis ſummis montibus per calles ignotos ſequentibus
eos hoſtibus in Aetoliam perduxerunt:haud ita multos in diſperſa fuga error intulit in macedonum equi
tes:quos luce prima Philippus:ut deſertum tumulum uidit:ad carpendum hoſtium agmen miſit. Per eos
dies & Athenagoras regius præfectus dardanos recipiētes ſe in fines adeptus poſtremum agmen primo
turbauit:deinde poſteaquam dardani conuerſis ſignis direxere aciem: æqua pugna iuſto prælio erat: ubi
ruſus procedere dardani cepiſſent:equite & leui armatura regii nullum tale auxilii genus habentes darda
nos oneratos īmobilibus armis uexabant: & loca ipſa adiuuabant:occiſi perpauci ſunt: plures uulnerati:
captus nemo:quia non excedunt temere ordinibus ſuis:ſed confertim & pugnant: & cedunt. Ita damna
romano accepta bello duabus peropportunas expeditiones coercitis gentibus reſtituerat Philippus incœ
pto forti non proſpero ſolum euentu. Minuit deinde ei forte oblata res hoſtium ætolorum numerum Sco
pas princeps gentis ab Alexandria magno cū pondere auri ab rege Ptolemæo miſſus: ſex millia peditū &
equites mercede conductos Aegyptum aduexit:nec ex iuuentute ætolorum quēquam reliquiſſet: ni De
mocritus nunc belli:quod īſtaret:nunc futuræ ſolitudinis admonens incertū cura gentis an aduerſaret Sco
pæ:parum donis cultus:partē iuniorꝫ caſtigando domi continuiſſet. Hæc ea æſtate ab romāis Phillippoqꝫ
Oratorū uis athēis
geſta erant. Claſſis ab Corcyra eiuſdem principio æſtatis cum. L. Apuſtio legato profecta: Malea ſuperata
circa Scyllæum agri hermionici Attalo regi coniuncta eſt. Tum uero athenienſium ciuitas cui odio ī Phi
lipum per metus iā diu moderata erat:id oē in auxilii p̄ſentis ſpem effudit:nec unquam ibi deſunt linguæ
promptæ ad plebē concitandam: quod genus tum in oībus liberis ciuitatibus tum p̄cipue Athenis: ubi
oratio plurimum pollet:fauore multitudinis:alitur rogationē extēplo tulerunt:plebeſqꝫ ſciuit:ut Philippi
ſtatuæ imagines omnes:nominaqꝫ earū:itē maiorum eius uirilis ac muliebris ſexus omnium tollerentur
delerenturqꝫ dies feſti ſacra:ſacerdotes:quæ ipſius maiorumue eius honoris cauſa inſtituta eſſent: omnia
profanarent:loca quoque in quibus poſitum aliquid inſcriptumue honoris eius cauſa fuiſſet:deteſtabilia
eſſent:neque in iis quicquam poſtea poni dedicariqꝫ fas eſſet:ſacerdotes publicos quotienſcunqꝫ pro popu
Atheniēſium decretum ī Philippum
lo athenienſi ſociiſqꝫ & exercitibus & claſſibus eorū præcarentur:totiens deteſtari atqꝫ execrari Philippum
liberos eius regnūqꝫ:terreſtres naualeſqꝫ copias:macedonum genus oē nomenqꝫ additum decreto: ſiquid
poſtea ad notam: ignominiamque Philippi pertineret: ferretur: id omne populum Athenienſem iuſſu
rum:ſiquis contra ignominiam proue honore eius dixiſſet: feciſſetue:qui occidiſſet eum:iure cæſurū:po

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtremo incluſum aut omnia quæ aduerſus piſiſtratidas decreta quondam erant: eadem in Philippo ſer/
uarentur. Athenienſes quidem litteris uerbiſq;: quibus ſolis ualent: bel um aduerſus Philippum gerebant.
Attalus romaniq; cum Pyreum primo ab Hermioue petiſſent: paucos ibi morati dies: oneratique æq̃ im/
modicis ad honores ſociorum: atq; in iram aduerſus hoſtem fuerant athenienſium decretis: nauigarunt a
Pyræo Andrum: & cũ in portum: quem Gaureleon uocant: conſtitiſſent: miſſis qui temptarent oppidano
rũ animos: ſi uoluntate tradere urbem: quã uim experiri mallent: poſteaq̃ præſidio regio arcẽ teneri: nec ſe
poteſtatis ſuæ eſſe reſpondebant: expoſitis copiis: apparatuq; omni urbium oppugnandaꝝ: diuerſis parti
bus rex & legatus romanus ad urbem ſubeunt. Plus aliquanto græcos Romana arma ſignaq; nõ ante ui
ſa: animiq; tam prompte ſuccendentiũ muros terruere: itaq; fuga extemplo in arcem facta ẽ urbe hoſtes po
titi: & in arce cum biduum loci ſe magis: quã armoꝝ fiducia tenuiſſent: tertio die pacti: ipſi præſidiumq;
ut cum ſingulis ueſtimentis Delium Boetiæ tranſueherent: & ab romanis regi Attalo conceſſa præda: or/
namentaq; urbis ipſi auexerant. Attalus ne deſertã haberet inſulam: & macedonum fere oĩbus & quibuſdã
andriorum: ut manerent: perſuaſit: poſtea & ab Delio: qui ex pacto traiecti eo fuerant promiſſis regis: cũ
deſyderiũ quoq; patriæ facilius ad credendum inclinaret animos: reuocati ab Andro Cydnũ traiecerunt: ibi
dies aliquot oppugnanda urbe neqcquã abſumpti: & quia uix operæpretiũ erat: abſceſſere ad Praſſias con
tinentis Tanticeris locus eſt: iſſeorum. xx. lembi claſſe romanoꝝ adiuncti ſunt: ii miſſi ad populãdos cary Sciatuu
ſtioꝝ agros: cætera claſſis Geraſtrum nobilem Euboeæ portum: dum a Caryſto iſſei redirent: tenuit. Inde Romana
oẽs uelis in altũ datis maris medio præter *Scyrum* inſulam Icum peruenere ibi paucos dies ſæuiente bo/ claſſis ia/
rea retenti. Vbi prima tranquillitas data eſt. *Sciatũ* traiicere uaſtatam urbem direptamq; nuper a Philippo: ctatur tẽ/
per agros palati milites frumentum: & ſiqua alia uſui eſſe ad ueſcendum poterant: ad naues retulere: ꝓdæ peſtate
nec erat quicquam: nec meruerant græci: cur diriperentur. Inde Caſſandream petentes primo ad Medium
maritimum ciuitatis eius uicum tenuere: inde cum ſuperato ꝓmontorio ad ipſa mœnia urbis circũagere
claſſem uellent: ſæua coorta tempeſtate prope obruti fluctibus: diſperſi magna ex parte amiſſis armamen
tis in terrã effugerũt: omen quoq; ea maritima tẽpeſtas ad rem terra gerendam fuit: nam collectis in unum
nauibus: expoſitiſq; copiis aggreſſi urbem cum multis uulneribus repulſi: & erat ualidum ibi regium præ
ſidium: irrito incœpto regreſſi Canaſtreum Pallenes traiecere: inde ſuperato Coronæ promontorio naui/
gantes Acanthum petiere: ibi primo ager uaſtatus: deinde ipſa urbs ui capta atque direpta: nec ultra pro/
greſſi: iam enim & graues præda naues habebant: retro unde uenerant *Sciatum*: & ab *Sciato* Euboeam re
petunt. Ibi relicta claſſe decem nauibus expeditis ſinum maliacum intrauere ad colloquendum cum æto/
lis de ratione gerendi belli *Sipyrrhicas* ætolus princeps legationis eius fuit: qui ad communicanda cõſilia
Heracleam cum rege & cum Romano legato uenit: petitum ex fœdere ab Attalo eſt: ut mille milites præ/
ſtare: tantum enim numerum bellum gerentibus aduerſus Philippum debebat. Id negatum ætolis: quod
illi quoque grauati prius eſſent: ad populandam Macedoniam exire: quo tempore Philippo circa Perga/
mum urente ſacra profanaq;: abſtrahere eum inde reſpectu rerum ſuarum potuiſſent: ita ætoli cum ſpe ma
gis romanis omnia pollicentibus: quam cum auxilio dimiſſi: Apuſtius cum Attalo ad claſſem rediit: ĩde
conſultari de Oreo oppugnando cœptum: ualida ea ciuitas & mœnibus: & quia ante fuerat temptata: fir/
mo erat præſidio: coniunxerant ſe iis poſt expugnationem andri cũ præfecto Ageſimbro. xx. rhodiæ na/
ues tectæ omnes: eam claſſem in ſtationem ad Zelaſium miſerunt iſthmiæ: id ſuper Demetriadem ꝓmon
torium eſt peropportune obiectum: ut ſiquid inde mouerent: macedonum naues in præſidio eſſent. Hera/
clides præfectus regius claſſem ibi tenebat: magis per occaſionem: ſi quam negligentia hoſtium dediſſet:
quam aperta ui quicquam auſurus. Oreum diuerſi Romani & rex Attalus oppugnabant: Romani a ma
ritima arce: regii aduerſus uallem inter duas iacentem arces: qua & muro interſepta urbs eſt: & ut loca di/
uerſa ſic diſpari modo oppugnabant. Romani teſtudinibus & uineis & ariete admouendo muris: regii Orei op/
baliſtis catapultiſq; & omni alio genere tormentorum tæla ingerentes: & pondere ingenti ſaxa iaciebant pugnatio
& cuniculos: & quicquid aliud priore expugnatione expertum profuerat: cæterum non plures tantũ ma/
cedones: quam ante tuebantur urbem: ſed etiam præſentioribus animis & caſtigationibus regis in admiſ
ſa culpa: & ſimul minarum ſimul promiſſionum in futurum memores: ita ut parum in expugnatione ce
leri ſpei eſſet. Interim & aliud agi poſſe ratus legatus: relictis: quod ſatis uidebatur: ad opera perficiẽda mi
litibus traiicit in proxima continentis: Lariſſamq; non illam in Theſſalia nobilem urbem: ſed alterã: quã
Cremaſten uocaut: ſubito aduentu præter arcem cepit. Attalus quoque Aegeleon nihil minus quam ta/
le quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus oppreſſit. Et iam cum opera in effectu erant cir/
ca Oreum: tum præſidium quod intus erat: labore aſſiduo uigiliis diurnis pariter nocturniſq; & uulneri Oreum
bus confectum: muri quoq; pars ariete incuſſo ſubruta multis iam locis prociderat: perq; apertum ruina capitur
iter nocte romani: quodq; ſuper portum eſt: in arcem perruperunt. Attalus luce prima ſigno ex arce dato
ab romanis & ipſe urbẽ inuaſit ſtratis magna ex parte muris: ꝓſidiũ, oppidaniq; in arcẽ alterã perfugere:
unde biduo poſt deditio facta: urbs regi captiua: corpa romanis ceſſere. Iam autumnale equinoctiũ in/
ſtabat: & eſt ſinus euboicus: quem Coera uocant: ſuſpectus nautis: itaq; ante hyemales motus euadere in/ Initia
de cupientes Pyræũ: unde ꝓfecti ad bellum erãt: repetunt. Apuſtius. xxx. nauibus ibi relictis ſup Maleũ
nauigat: apud Corcyrã regẽ ſpatium initioꝝ Cereris: ut ſacris intereſſet: tenuit: ſecundum initia & ipſe in
Aſiã ſe recepit Ageſimbro & rhodiis domũ remiſſis. hæc ea æſtate terra mariq; aduerſus Philippũ ſocioſq;
ei9 a cõſule & legato romãis adiuuãtib9 rege Attalo & rhodiis geſta. Cõſul alter. C. Aurel9 ad cõfectũ bellũ

cum in prouinciam ueniſſet:haud clam tulit iram aduerſus prætorem:quod abſente ſe rem geſſiſſet: miſſo igitur eo in Ethruriam ipſe in agrum hoſtium legiones induxit:populandoque cum præda maiore: quã gloria bellum geſſit. Lucius Furius ſimul:quod in Ethruria nihil erat rei:quod gereret:ſimul gallico triũpho imminens quem abſente conſule irato atq; inuidente facilius impetrari poſſe ratus: Romam inopinato cum ueniſſet:ſenatum in æde Bellonæ habuit:expoſitiſq; rebus geſtis:ut triumphanti ſibi in urbem inuehi liceret:petit. Apud magnam partem ſenatus & magnitudine rerum geſtarum ualebat:& gratia: maiores natu negabant triumphum:& quod alie nõ exercitu rem geſſiſſet:& quod prouinciã reliquiſſet utilitate rapiendi per occaſionem triumphi:id uero cum nullo exemplo feciſſe:conſulares præcipue expectandum fuiſſe conſulem dicebant:potuiſſe enim caſtris prope urbem poſitis:tutanda colonia ita ut acie nõ decerneret.in aduentum eius rem extrahere:& quod prætor non feciſſet:ſenatui faciendum eſſe:conſulem expectare:ubi coram diſceptantes conſulem & prætorem audiſſent:uerius de cauſa exiſtimaturos eſſe: Magna pars ſenatus nihil præter res geſtas:& an in magiſtratu ſuis quis auſpiciis geſſiſſet: cenſebant ſpectare ſenatum debere:ex duabus coloniis:quæ uelut clauſtra ad cohibẽdos gallicos tumultus oppoſitæ fuiſſent cum una direpta & incenſa eſſet:traiectarumq; id incendium uelut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam eſſet:quid tandem prætori faciendum fuiſſe? nam ſi ſine conſule geri nihil oportuerit: aut ſenatum peccaſſe:qui exercitum prætori dederit:potuiſſe enim:ſi non cum prætoris:ſed conſulis exercitu rem geri uoluerit:ita finire ſenatuſconſultum:ne per prætorem:ſed conſulem gereretur: aut cõſulis:qui non cum exercitu ex Ethruria tranſire in Galliam iuſſiſſet:ipſe Ariminini occurreret:ut bello intereſſet:quod ſine ego geri fas non eſſet:non expectare belli tempora:moras:& dilationes imperatorum:& pugnandum eſſe interdum:non quia uelis:ſed quia hoſtis cogat:pugnam ſuam euentumq; pugnæ ſpectari debere:fuſos cæſoſq; hoſtes:caſtra capta & direpta:coloniam liberatam obſidione:alterius coloniæ captiuos recuperatos reſtitutoſq; ſuis:debellatum uno prælio eſſe. Non homines tãtum ea uictoria lætatos:ſed diis quoq; imortalibus per triduum ſupplicationes habitas:quod bene ac feliciter non quod male ac temere reſpublica a Lucio Furio prætore geſta eſſet:data etiam fato quodam furiæ genti gallica bella. Hius generis orationibus ipſius amicorumq; uicta eſt præſentis gratia prætoris:abſentis conſulis maieſtas: triumphumque frequentes Lucio Furio decreuerunt. Triumphauit de gallis in magiſtratu Lucius Furius ꝑtor

L. Furii triũphus

in ærarium tulit trecentumuiginti millia æris:argenti centumſeptuaginta millia põdo:neq; captiui ulli ante currum ducti:neq; ſpolia prælata:neq; milites ſecuti omnia præter uictoriam penes conſulem eſſe apparebat. Ludi deinde a. P. Cornelio Scipione:quos conſul ĩ Africa uouerat:magno apparatu fact:& de agris militum eius decretum:ut quot quiſq; eorum annos in Hiſpania:aut in Africa militaſſet:in ſingulos annos bina iugera acciperet:eum agrum decemuiri aſſignarent. Triumuiri inde creati ad ſupplendum uenuſinis colonorum numerum:quod bello Annibalis attenuatæ uires eius coloniæ erant. C. Terentius Varro. T. Quintius Flaminius. C. Cornelius. C. Filius Scipio:ii colonos Cenuſiam aſcripſerunt. Eodem anno. C. Cornelius Cethegus:qui proconſul Hiſpaniam obtinebat:magnum hoſtium exercitum in agro ſedetano fudit:quindecim millia Hiſpanorum eo prælio dicuntur cæſa:ſigna militaria capta octo &.lxx:

Romanorũ uictoria ĩ hiſpania

C. Aurelius conſul cum ex prouincia Romam comitiorum cauſa ueniſſet:ut id nouit:quod animis præceperat:queſtus eſt non expectatum ſe ab ſenatu:neq; diſceptandi cum prætore conſuli poteſtatem factam: ſed ita triumphum decreuiſſe ſenatum ut nullius niſi eius:qui triumphaturus eſſet:aut eorum: qui bello interfuiſſent:uerba audiret:maoires ideo inſtituiſſe ut legati tribũi militum centuriones milites deniq; triumpho eſſent:ut uirtutes rerum geſtarum eius:cui tantus honos haberetur:publice uiderentur:neq; ex eo exercitu:qui cum gallis pugnauerit:militem unum ſaltem fuiſſe:quem percunctari poſſet ſenatus:quid ueri prætor uaniue referret. Comitiis deinde diem indixit:quibus creati ſunt conſules. L. Cornelius Lentulus A. Iulius Apulus:prætores inde facti. L. Quintius Flaminius. L. Valerius Flaccus. L. Iulius Tappalus. C. Bebius Tamphilus. Annona quoq; eo ano peruilis fuit:frumenti ui magnam ex Africa aduectã: ædiles curules. M. Claudius Marcellus:& Sex. Elius Pætus binis æris in modicos populo diuiſerunt: & lu-

L. Corneliuſ. A. Iulius cõſ.

dos romanos cum magno apparatu fecerunt:diem unum inſtaurarunt ſigna ahenea quinque ex multaticio argento in ærario poſuerunt: Plebei ludi ab ædilib⁹. L. Terentio Maſſo:&. C. Bebio Tamphilo:quẽ prætorem deſignauerant:ter toti inſtaurati:& ludi funebres eo anno per quatriduum in foro mortis cauſa Valerii Lauinii a. P. &. M. filiis eius facti:& munus gladiatorium datum ab iis:paria quinque & uiginti pugnarunt. M. Aurelins Cotta decemuir ſacrorum mortuus:in eius locum. M. Acilius Glabrio ſuffectus. Comitiis ædiles curules creati ſunt forte ambo:qui ſtatim accipere magiſtratum non poſſent:nam Cornelius Cethegus abſens creatus erat:cum Hiſpaniam obtineret prouinciam. Valerius Flaccus: quem præſentem creauerant:quia flamendialis erat:iurare in leges non poterat:magiſtratus autem plus quinque dies:niſi qui iuraſſet in leges non licebat gerere. Petente Flacco ut legibus ſolueretur:ſenatus decreuit: ut ſibi ædilis: qui pro ſe iuraret:arbitratu conſulum daretur:cõſules:ſi eis uideretur:cum tribunus plebis agerent:uti ad plebem ferrent. Datus qui iuraret pro fratre. Lu. Valerius Flaccus prætor deſignatus: tribuni ad plebem tulerunt:plebeſque ſciuit:ut perinde eſſet:ac ſi ipſe ædilis iuraſſet:& de altero ædile plebiſcitum eſt factum rogantibus tribunis:quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitum ire iuberent: ut Cornelius ædilis curulis ad magiſtratum gerendum ueniret:&. Lu. Manlius Acidimus decederet de prouincia. Multos poſt annos plebes Cornelio Lentulo:&. Lu. Tercinio proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania iuſſit.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO. LIBER SECVNDVS.

CONSVLES Prætoreſqꝫ cum idibus martiis magiſtratū iniſſent: ꝓuincias ſorti
ti ſunt. P. Lentulo Italia. P. Iulio Macedonia ꝑtoribus. L. Quintio urbana. C. be
bio Arminū. L. Valerio Sicilia. L. Iulio Sardinia euenit. Lentulus cōſul nouas le
giones ſcribere iuſſus. Iulius a ꝓconſule Sulpicio exercitū acciperet: in ſupplemē
tum eius: quantū militum uideretur: ut ſcriberet: ipſi permiſſum. Prætori Bebio
legiones: quas. C. Aurelius conſul habuiſſet: ita decretæ: ut retineret eas: donec cō
ſul nouo cum exercitu ſuccederet ī Gallia: ubi is ueniſſet: omnes milites exaucto
rati domū dimitterentur ꝑter quinque millia ſociū: his obtineri circa Ariminum
prouinciam ſatis eſſe. Prorogato imperio prætoribus prioris anni Sergio: ut mi
litibus qui in Hiſpania: Sicilia: Sardinia ſtipendia per multos annos feciſſent: agrum aſſignandum cura
ret. Qu. Minutio ut Brutiis idem de coniurationibus quæſtiones: quas prætor cum fide curaqꝫ exercuiſ
ſet perficeret: & eos quos ſacrilegii compertos in uinculis Romam miſiſſet: locros mitteret ad ſuppliciū:
quæqꝫ ſublata ex delubro Proſerpinæ eſſent: reponenda cū piaculi ſeruaret. Feriæ latinæ pontificum decre
to inſtauratæ ſunt: quod legati ab Ardea quæſti in ſenatu erant: ſibi in mōte albano latinis carnem: ut aſſo
let: datam non eſſe: ab Sueſſa nunciatum eſt duas portas: quodqꝫ inter eas muri erat: de cælo tactū: & for
miani legati ædem Iouis: itē hoſtienſes ædē Iouis: & ueliterni Apollinis & Saturni ædes: & ī Herculis æde
capillum enatū: & ex Brutiis ab. Qu. Minutio ꝓꝑtore ſcriptum equū cum quinqꝫ pedibus: pullos gal
linaceos tres cum ternis pedibus natos eſſe: inde a Sulpicio proconſule ex Macedonia litteræ allatæ: ī qui
bus inter cætera ſcriptum erat lauream in puppim nauis longæ enatam. Prioꝝ prodigioꝝ cā ſenatus cen
ſuerat: ut conſul maioribus hoſtiis: quibus diis uideret̃: ſacrificaret: ob hoc unum prodigiū aruſpices ī ſena
tum uocati: atqꝫ ex reſponſo eoꝝ ſupplicatio populo in diem unum ædita: & ad oīa puluinaria res diui
næ factæ. Carthaginenſes eo anno argētum in ſtipendiū impoſitum primū Romā aduexerunt: id qa pro
bum non eſſe quæſtores renunciauerant: experientibuſqꝫ pars quarta decocta erat: pecunia Romæ mutua prodigia
ſumpta intertrimentū argenti ſuppleuerunt: petentibus deinde: ut ſi iam uideretur ſenatui: obſides ſibi red
derentur: centū redditi obſides: de cæteris: ſi in fide permanerent: ſpes facta: petentibus iiſdem: quib⁹ nō red
debantur obſides: ut ab Norba: ubi parum cōmode eſſent: alio traducerentur: conceſſum ut Signiā: & Fe
rentinum trāſirent. Gaditanis itē petentibus remiſſum ne præfectus Gadis mitterent̃: aduerſus quod iis ī
fidē po. ro. uenīētib⁹ cū lucio Martio Septimo cōueniſſent. & narinenſiū legatis q̃rentibus ad numeꝝ ſibi
colonos non eſſe: & īmixtos quoſdā non ſui generis ꝓ colonis ſe gerere: eaꝝ rerum cā treuiros creare. Lu.
Cornelius conſul iuſſus: creati. p. &: Sex. elii pætis: fuit ambobus cognomen: &. C. Cornelius lentulus.
Quod narinenſibus datum erat: ut colonoꝝ numerus cog retur: conſani petentes non impetrauerūt. Re
bus: quæ Romæ agendæ erant: perfectis: conſules in prouincias profecti. P. Iulium in Macedoniam cum
ueniſſet: atrox ſeditio militū iam ante irritata nec ſatis in principio compreſſa excepit. ea militum fuit: qui
ex Africa poſt deuictū Annibalem in Siciliam: inde anno fere poſt in Macedoniā pro uoluntariis trāſpor
tati erant: id uoluntate factum negabant ab tribunis recuſantes in naues poſitos: ſed utcūqꝫ ſeu inuita: ſeu
ſuſcepta foret militia: & iam exhauſtum & finem aliquem militandi fieri æquū eſſe. Multis annis ſeſe ita
liam nō uidiſſe: cōſenuiſſe ſub armis in Sicilia Africa Macedonia: confectos iā ſe labore ope exangues tot
acceptis uulneribus eſſe. Cōſul cām poſtulandæ miſſionis ꝓbabilē: ſi modeſte peteret̃: uidere dixit: ſeditio
nis: nec ullā aliā ſatis iuſtā cām eſſe. Itaqꝫ: ſi manere ad ſigna & dicto parere uelint: ſe demiſſione eoꝝ ad ſe
natum ſcriptuꝝ: modeſtia facilius quā ꝑtinacia: qđ uelint: īpetraturos. Thaumaſtos eo tpe Philippus ſū
ma ui oppugnabat aggeribus uineiſqꝫ & iam arietem muris admoturus erat: cæteꝝ incepto abſiſtere eum
coegit ſubitus æ oloꝝ aduentus: qui archidamo duce inter cuſtodias Macedonū mœnia ingreſſi: nec die
nec nocte finē ullū erūpendi nunc in ſtatiōes: nunc in opa macedonū faciebāt: & adiuuabat eos natura ip
ſa loci: nāqꝫ thaumaſti a pyleis ſinuqꝫ maliaco ꝑ lamiā eunti loco alto ſiti ſunt in ipſis faucibus īminētes:
quas Coelæ uocant: Theſſaliæqꝫ trāſeunti cōfragoſa loca implicataſqꝫ flexibus uallium uias: ubi euētum
ad hanc urbē eſt: repente uelut maris uaſti ſic īmēſa pandit̃ planicies: ut ſubiectos cāpos terminare oculis
haud facile queas: ab eo miraculo thaumaſti appellati: nec altitudine ſolum tota urbs: ſed qđ ſaxo undiqꝫ
abſciſſo rupibus īpoſita ē: Hæ difficultates: & qđ haud ſatis dignū tanti laboris periculiqꝫ ꝑcium erat: ut
abſiſteret incepto Philippus: effecerunt: hyems quoqꝫ iam inſtabat: cū idē abſceſſit: & ī Macedoniā in hy
berna copias reduxit. Ibi cæteri qdē data q̃tacunqꝫ qete tpis ſimul aīos corpaqꝫ remiſerāt. philippū q̃tū ab
aſſiduis laboribus itineꝝ pugnarūqꝫ laſſauerāt aīs: tāto magis intētū in uniuerſum euentū belli curæ an Philipp⁹
gunt: nō hoſtes mō timētē q terra mariqꝫ urgebāt: ſed nunc ſocioꝝ: nūc ēt populariū aīos ne & illi ad ſpē uariis cu
amicitiæ romanoꝝ deficerent: & macedonas ipſos cupido nouādi res capet. Itaqꝫ & ī achaiā legatos miſit ris angiẽ
ſimul q. iuſiurandū: ita. n. pepigerāt: quotānos iuraturos ī uerba philippi exigerēt: ſimul q redderēt achæis
Orchomenō: & Thereā: & Triphyliā: eleis aliphera cōtendētibus nūq̃ eā urbē fuiſſe ex Triphylia: ſed ſibi
debere reſtitui: qa una eēt ex iis: q̃ ad cōdēdā Megalopoli ex cōcilio arcadū cōtributæ forēt: & cū achæis q
dē ꝑ hæc ſocietatē firmabat: macedonū aīos cū heraclide: nā cū eū maximæ īuidiæ ſibi eē cerneret: multis
criminibus oneratū ī uincula cōiecit īgēti populariū gaudio: bellū ſi q̃do unq̃ ante alias cū magna cura ap
parauit: exercuitqꝫ ī armis & macedōes. et mercēnarios milites: pricipioqꝫ ueris cū oīa externa auxilia qđqꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

leuis armaturæ erat:in Chaoniam per Epirum ad occupandas:quæ ad Anthigoniā fauces ſunt:ſtēna uo
cant græci:miſit:ipſe poſt paucis diebus grauiore ſecutus agmine:cum ſitū oēm regiōis aſpexiſſet: maxi
Aous am me idoneū locū credidit eē ꝑter amnē aoum:is inter mōtes:quoꝝ alteꝝ meoꝝ:alteꝝ aſnaum incolæ uo
nis cant:anguſta ualle fluit iter exiguum ſuper ripā ꝓbens. Aſnaum Athenagoram cū leui armatura tenere &
cōmunire iubet:ipſe.n.in Aeropo poſuit caſtra:qua abſciſſæ rupes erāt:ſtatio paucoꝝ armatoꝝ tenebat:
quæ minus tuta erant:alia foſſis:alia uallis:alia turribus muniebat:magna tormentoꝝ ēt uis:ut miſſilibꝰ
ꝓcul arcerent hoſtē:idoneis locis diſpoſita eſt. Tabernaculū regiū pro uallo in cōſpecto maxime tumulo:
ut terrorē hoſtibus ſuiſqꝫ ſpem ex fiducia faceret:poſitū. Cōſul per Charopum epirotem certior factꝰ:quos
ſaltus cū exercitu inſediſſet rex:& ipſe cum Corcyræ hybernaſſet:uere primo incontinentē trabeatus ad ho
ſtem ducere ꝓgit quinquemillia ferme ab regiis caſtris cum abeſſet loco munito relictis legionibus: ipſe cū
expeditis ꝓgreſſus ad ſpeculanda loca:poſtero die cōſiliū habuit utræ per inſeſſum ab hoſte ſaltum: q̄q̄ la
bor ingens periculumqꝫ proponeret:tranſitū tēptaret:an eodē itinere:quo priore anno. Sulpicius Macedo
Variatio niā intrauerit:circūduceret copias. Hoc conſiliū ꝑ multos dies agitanti nuncius uenit. T. Quintium conſu
historiæ lem factum:ſortitūqꝫ ꝓuinciā Macedoniā:maturato itinere iā Corcyram traieciſſe. Valerius Antias intraſ
ſe ſaltū Iulium tradit:q recto itinere neqerit oībus a rege inſeſſis:ſecutū ualle:per quā mediā ferē aous am
nis:ponte raptim facto in ripam:in qua erant caſtra regis:tranſgreſſum acie conflixiſſe: fuſum fugatumqꝫ
regem caſtris exutum. xii. millia hoſtium eo ꝓlio cæſa:capta duomillia & ducētos:& ſigna militaria cētū.
xxxii. eqtes. cc. xxx. ædem ēt Iouis ī eo ꝓlio uotā:ſi res proſpere geſta eſſet:cæteri græci latiniqꝫ auctores:
quoꝝ qdem ego legi annales:nihil memorabile a Iulio actum:integrumqꝫ bellum inſequentē conſulem.
T. Quintiū accepiſſe tradunt. Dū hæc ī Macedonia geruntᷣ. conſul alter. L. Lentulus:q Romæ ſubſtiterat:
comitia cēſoribus creandis habuit multis claris petentibus uiris:creati cenſores. P. Cornelius Scipio Afri
canus &. P. Elius Pætus. Hi magna inter ſe coucordia & ſenatu ſine ullius nota regebāt:& portoria uena
lium Capuæ Puteoliſqꝫ:itē caſtrum portoriū:quo ī loco nunc oppidum eſt:fruendum locarunt:colonoſ
qꝫ eo trecentos:is.n.numerus finitus ab ſenatu erat:aſcripſerunt:& ſub Tifatis Capuæ agrum uendiderūt
Sub id tꝑs. L. Manlius Acidinus ex Hiſppania decedēs ꝓhibitꝰ a. M. Portio Leca tribuno plebis ne ouās
rediret:cum ab ſenatu īpetraſſet:priuatus urbē ingrediens. M. cc. pondo argēti. xxx. pōdo ferme auri ī æra
riū tulit. Eodē āno. C. Bebiꝰ Pāphilus:q ab. Gn. Aurelio cōſule anni prioris ꝓuinciā galliā acceperat: teme
re ingreſſus galloꝝ inſubriū fines prope cū toto exercitu eſt circūuentus:ſupra ſexmillia & ſexcentos mili
tes amiſit:tanta ex eo bello quod iam timeri deſierat:clades accepta eſt. Ea res. L. Lentulum cōſulem ab ur
be exciuit:q ut in prouinciam uenit plenam tumultus:trepido exercitu accepto ꝑtorē multis probris incre
pitū ꝓuincia decedere atqꝫ abire Romā iuſſit:neqꝫ ipſe conſul memorabile qcquā geſſit:comitioꝝ cā Ro
mā reuocatus:quæ ipſa per Marcum Fuluiū:& Marcū Curiū tribunos plebis īpediebantᷣ:quod Titū qn
tium Flaminiū conſulatū ex quæſtura petere nō patiebantᷣ. Iam ædilitatē ꝑturamqꝫ faſtidiri:nec ꝑ honoꝝ
gradus documentū ſui dantes nobiles hoīes tendere ad cōſulatum:ſed trāſcendendo media ſumma imis cō
Eumenis triamilia ferme peditum æquata fronte inſtruxit:ultra eos equitum minus triamilia oppoſuit.
ex quibus Eumenis octingenti:reliquus omnis equitatus romanus erat: extremos thrallios & cretenſes
quingentorum utriq; numerum explebant:ſtatuit.leuum cornu non uerebatur obiectis talibus auxiliis:
quia flumen ab ea ꝑte ripæq; diruptæ claudebant:quattuor tm̄ inde turmæ equitum oppoſitæ. Hæc ſūma
copiaꝝ erat romanis:& duo millia mixtoꝝ macedonū thracumq;:q uoluntate ſecuti erant: ꝓſidio caſtris
relicti ſunt:ſedecim elephantos poſt triarios in ſubſidio locauerunt: nec ꝓterq̄ qđ multitudinem regiorū
elephantoꝝ:erant āt quattuor &.l.ſuſtinere non uidebant poſſe:ne pari quidem numero indicis afri reſi-
ſtunt:ſiue qa magnitudine:longe enim illi ꝓſtant:ſiue robore animoꝝ uincunt. Regia acies uaria magis
multis gentibus diſſimilitudine armoꝝ auxiliorumq; erat.x.& ſex millia peditum more macedonum ar-
mati fuere:qui phalangitæ appellabant:hæc media acies fuit in fronte in decem parte diuiſa: partes eas in-
terpoſitis binis elephantis diſtinguebat:a fronte introrſus in duos &.xxx.ordines armatoꝝ acies patebat:
hoc & roboris in regiis copiis:erat:& perinde cū alia ſpecie tum eminētibus tātum inter armatos elephan-
tis magnū terrorem ꝑbebat:ingentes ipſe erant:addebant ſpeciem frontalia & criſtæ & tergo impoſitæ tur-

Indici elephantes afris ꝓſtātiores

res:turribuſque ſupſtantes præter rectorem quaterni armati Ad latus dextrū phalāgitarū mille & qngētos
pedites gallogræcorum oppoſuit:iis triamillia peditū loricatoꝝ:cataphratos ipſi appellant:adiunxit:addi-
ta iis ala mile ferme equitum:hanc gemeam uocabant:medii erant lecti uiri & eiuſdem regiōis mixti mul-
tarum gentium equites: continens iis grex.xyi.elephantorum eſt oppoſitis in ſubſidiis: ab eadem parte
paulum prorupto cornu regia cohors erat argiraſpides a gente armoꝝ appellabatur:dacæ deinde equites
ſagiptarioꝝ mille & ducentum eius armatura triūmillium:pari ferme numero pars cretenſes:pars thralles
duomillia & quingenti miſſi ſagiptariis adiuncti erant: extremum cornu claudebant & quattuormillia
mixti cyrthei funditores:& elymeii ſagiptarii. Ab leuo cornu phalangitis adiuncti erant gallogræci pedi-
tes mille & quingenti:ſimiliter his armati duomillia cappadocū ab Ariarathe miſſi erant:regii inde auxi-
liares mixti oīum generum duomillia & ſeptingenti:& triamillia cataphractoꝝ equitū: & mille alii eq-

Regiæ aciei ꝓſidium

tes. Regia ala leuioribus tegumentis ſuis equorūq; alio haud diſſimili habitu ſyri plæriq; erant phrygibꝰ
& lydis īmixti:ante hunc eqtatum falcatæ quadrigæ & cameli:quos appellant dromadas:iis inſidebāt ara-
bes ſagyptarii gladios habentes tenues lōgos quaterna cubita:ut ex tanta altitudine cōtingere hoſtem poſ-
ſent. Inde alia multitudo par ei:q̄ in dextero cornu erat.primi tarentini:deinde gallogræcoꝝ eqtum duo-
millia & qngenti:ide neocretes mille:& eodē armatu cares & cilices mille:& qngēti:& totidem thrales:&
triamillia cetratoꝝ pyſidæ erāt & pāphyli & lycii:tū cyrthioꝝ & elymeoꝝ paria in dextero cornu locatis
auxilia:&.xyi.elephāti modico īteruallo diſtātes:rex ipſe i dextero cornu erat. Seleucū filiū & Antipatrū
fratris filiū in leuo ꝓpoſuit:media acies tribꝰ ꝓmiſſa Myniōi:& Zeuſidi:& Philippo mgr̄o elephantoꝝ.

Nebula matutina creſcēte die leuata in nubes caliginē dedit.humor īde ab auſtro uelut ꝑfudit oīa: q̄ ni-
hil ad malū romāis eadē ꝑ incōmoda,regiis erāt:nā & obſcuritas lucis i acie modica romāis nō adimebat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in oīs partis cōſpectū: & humor toto fere graui armatu nihil gladios aut pila hebetabat: regii tam lata acie
ne ex medio q̄dē cornu ſua circūſpicere poterant: nedum extremi inter ſe conſpicerent: & humor arcus fun
daſq; & iaculoꝝ armēta mollierat. Falcatæ quoq; quadrigæ: q̄bus ſe ꝑturbatuꝝ hoſtium aciē Antiochus
crediderat: in ſuos terrorē uerterunt. Armatæ aūt in hunc maxīe modum erāt: cuſpides circa temonem ab
iugo decē cubitos extantes uelut cornua habebant: q̄bus q̄cq̄d obuiū daretur: tranſfigerent: & in extremis
iugis binæ circa eminebāt falces: altera æq̄ta iugo: altera īferior in terrā deuexa: illa ut q̄cq̄d ab latere obiice
ret: abſcinderet: hæc ut prolapſos ſubeūteſq; cōtingeret: item ab axibus rotaꝝ utrinq; binæ eodē modo di
uerſæ deligebant falces: ſic armatas quadrigas quia ſi aut in extremo: aut in medio locatæ forent: per ſuos
agēdæ erāt: in prima acie: ut dictū ē: locauerat rex. Quod ubi Eumenes uidit: haud ignarus pugnæ & quā
anceps eēt auxilii genus: ſiq̄s pauorē magis eq̄s iniiceret: quam iuſta adoriret pugna: cretenſes ſagiptarios
funditoreſq; & iaculatores equitū non cōfertos: ſed quā maxime poſſent: diſperſos excurrere iubet: exq; oī
bus ſimul partibus tæla īgerere: hæc uelut ꝓcella partim clamoribus diſſonis ita cōſternauit equos: ut repē
te uelut effrænati paſſim incerto curſu ferrent: quoꝝ impetū & leuis armatura: & expediti funditores: &
uelox cretenſis mometo declinabant: & equos inſeq̄ndo tumultū ac pauorē eq̄s cameliſq; & ipſis ſimul cō
ſternatis augebant: clamore & ab alia circūſtantium turba multiplici adiecto: Ita medio inter duas acies cā
po exigunt quadrigæ: amotoq; inani ludibrio tū demū ad iuſtū ꝓlium ſigno utrinq; dato cōcurſum eſt.
Cæteꝝ uana illa res ueræ mox cladis cā fuit: auxilia. n. ſubſidiaq;: q̄ ꝓxima locata erant: pauore & conſter
natiōe quadrigaꝝ territa: & ipſa in fugā uerſa nudarūt oīa uſq; ad cataphractos equites: ad quos cū diſſipa
tis ſubſidiis ꝑuenisſet eq̄tatus romanus: ne primū q̄dem impetū pars eoꝝ ſuſtinuerunt: alii fuſi ſunt: alii ꝑꝑ
grauitatē tegumētoꝝ armoꝝq; oppſſi ſunt. Totū deinde leuū cornu inclinauit: & turbatis auxiliaribus: q̄
inter eq̄tes: quos appellāt phalāgites erāt: uſq; ad mediā aciē terror ꝑuenit: ibi ſimul ꝑturbati ordines & ī
peditus intercurſu ſuoꝝ uſus ꝓlongaꝝ haſtarū: ſariſſas macedones uocāt. Intulere ſigna romanæ legiōes:
& pila ī perturbatos coniecere: ne īterpoſiti q̄dē elephāti militē romanū deterrebant aſſuetū iā ab africis bel
lis & uitare īpetū belluæ ex trāſuerſo aut pilis īceſſere: aut ſi ꝓpius ſubire poſſet gladio neruos incidere: Iā
media acies fere oīs a fronte ꝓſtrata erat: & ſubſidia circūita a tergo cædebant: cū in parte alia fugam ſuoꝝ
& ꝓpe iā ad ipſa caſtra clamorē pauentiū accepe: nāq; Antiochus a dextero cornu cū ibi fiducia fluminis
nulla ſubſidia cerneret: ꝑter q̄ttuor turmas equitū: & eas dum applicant ſe ſuis ripā nudantes: impetū in eā
partē cū auxiliis & cataphracto eq̄tatu fecit: nec a fronte tm̄ inſtabat: ſed circūito a flumine cornu iā ab late
re urgebat: donec fugati eq̄tes primū: deinde ꝓximi peditū effuſo curſu ad caſtra cōpulſi ſunt. Præerat ca
ſtris. M. Aemylius tribunus militū. M. Lepidi filius: qui poſt annos paucos pontifex maximus factus eſt
ſis qua fugā cernebat ſuoꝝ: cum præſidio oī occurrit: & ſtare prīo: deinde redire in pugnā iubebat pauo
rē & turpē fugā increpās: minæ exinde erāt in ꝑniciē ſuā cæcos ruere: ni dicto parerent: poſtremo dat ſignū
ſuis: ut primo fugientiū cædāt: turbā inſeq̄ntiū ferro & uulneribus in hoſtes redigāt. Hic maior timor mi
norē uicit. ancipiti coacti metu primo cōſtiterunt: deinde & ipſi rediere in pugnam & Aemylius cum ſuo
præſidio: erāt aūt duomillia uiroꝝ fortium effuſe ſeq̄nte rege acriter obſtitit: & Attalus Eumenis Frater a
dextero cornu a quo leuū hoſtiū prīo īpetu fugatū fuerat: ab ſiniſtro fugā ſuoꝝ & tumultū circa caſtra ui
dit: in tp̄e cū ducētis eq̄tibus aduenit. Antiochus poſteaq̄ & eos: quoꝝ terga modo uiderat repetētes pugnā
& aliā & a caſtris & ex acie affluētem turbam conſpexit: in fugā uertit equū. Itaq; utroq; cornu uictores
romani ꝑ aceruos corpoꝝ: quos in media maxime acie cumulauerāt: ubi & robur fortiſſimoꝝ uirorum
& arma grauitate fugam impedierāt: pergunt ad caſtra diripienda: equites primi oīum Eumenis: deinde
alius equitatus toto paſſim cāpo ſequunt hoſtem: & poſtremos ut quoſq; adempti ſunt: cædunt: cæterum
fugientibus maior peſtis in ꝑmixtis quadrigis elephantiſq; & camelis erat: & ſua ipſoꝝ turba cum ſolu
tis ordinibus uelut cæci ſuper alios alii ruentes incurſu bælluaꝝ obtererentur. In caſtris quoq; ingēs & ma
ior ꝓpe quā in acie cædes eſt ædita: nam & primoꝝ fuga iu caſtra maxime inclinauit: & hu⁹ fiducia mul
titudinis: quæ in præſidio erat: ꝑtinacius pro uallo pugnarunt: retenti in portis ualloq; ſe impetu ipſo ca
pturos crediderant romani: poſteaq̄ tandem perruperunt: ab ira grauiorem ædiderunt cædem: ad quinqua
ginta millia peditum cæſa eo die dicuntur: equitum triamillia: mille & quadringenti capti: & quindecim
cum rectoribus elephanti: romanoꝝ aliquot uulnerati ſunt: ceciderunt non plus. ccc. pedites: quattuor &
uiginti equites: & de Eumenis exercitu quinq; & uiginti. Et illo q̄dē die uictores direptis hoſtiū caſtris cū
magna præda in ſua reuerterunt: poſtero die ſpoliabant cæſorum corpora: & captiuos contrahebant: lega
ti ab Tyatira: & Magneſia: & ab Sypilo ad dedendas urbes uenerunt. Antiochus cū paucis fugiens in ipſo
itinere pluribus congregantibus ſe modica manu armatoꝝ media ferme nocte Sardis conceſſit: inde cum
audiſſet Seleucum filium & quoſdā amicoꝝ Apameam prægreſſos: quarta uigilia cum coniuge ac filia
petit Apameam: Zenoni tradita cuſtodia urbis. Timone Lydiæ præpoſito: q̄bus ſpretis conſenſu oppi
danoꝝ & militum qui in arce erant: legati ad conſulem miſſi ſunt. Sub idē fere tempus & a Thrallib⁹ &
a Magneſia: q̄ ſuper mæandrū eſt: & ab Epheſo legati ad dedendas urbes uenerūt. Reliquerat Epheſū Po
lyxenidas audita pugna: & claſſe uſq; ad Patarā Lyciæ præteruectus: metu ſtationis rhodiaꝝ nauium: q̄
ad megiſt. n erat in terram egreſſus cū paucis itinere pedeſtri Syriam petit. Aſiæ ciuitates in fidem conſulis
dicionemq; Po. Roma. ſeſe tradebant. Sardibus iam conſul erat: & eo. P. Scipio ab Elea cum primū pa
ti laborem potuit. Sub idem fere tempus caduceator ab Antiocho per Scipionem a conſule peti: impetra
uitque ut oratores mittere liceret regi: paucos poſt dies Zeuſis: qui præfectus Lydiæ fuerat: & Antipater ſecuta eſt

Falcatæ quadrigæ

Att. pugnæ rōnē

Antiochi fuga

Att. hoſtium cædē

Deditio urbium q̄ uictoriā ſecuta eſt

fratris filius uenerunt: prius Eumene conuẽto: quem propter uetera certamina auerſũ maxime a pace cre
debant eſſe: & placatiore eo ſua & regis ſpe inuento: tum. P. Scipionem & ꝑ eum cõſulẽ adierunt: ꝓbitoqꝫ
iis petentibus frequẽti concilio ad mandata ædenda: non tam quid ipſi dicamus: inquit Zeuſis: quam ut
a uobis quæramus romani: quo piaculo expiare errorẽ regis: pacẽ ueniamqꝫ ĩpetrare a uictoribus poſſi-
mus maximo ſemꝑ animo uictis regibus populiſqꝫ ignouiſtis: quanto id maiore & placatiore aĩo decet
uos facere in hac uictoria quæ uos dominos orbis terrarum fecit? poſitis iam aduerſus omnes mortales
certaminibus: haud ſecus: quam deos conſulere & parcere uos generi humano oportet. Iam antequam le-
gati uenirent: decretum erat: quid reſponderetur: reſpondere Africanum placuit: iis in hunc modum locu-
tus fertur. Romani ex his quæ in deum ĩmortalium poteſtate erant: ea habemus: quæ dii dederunt: aĩos: q
noſtræ mentis ſunt: eoſdẽ in omni fortuna geſſimus: gerimuſqꝫ neqꝫ eos ſecundæ res extulerunt: nec aduer
ſæ minuerunt: eius rei: ut alios omittam. Annibalẽ ueſtrum uobis darẽ teſtẽ: niſi uos ipſos dare poſſem:

Leges Antiocho datæ

poſteaꝗ Helleſpõtũ traiecimus priuſquam caſtra regia: priuſquam aciẽ uideremus: cum cõmunis mars &
incertus belli euentus eẽt: de pace uobis agentibus: quas pares paribus ferebamus: conditiones eaſdẽ nunc
uictores uictis ferimus. Europa abſtinete. Aſiaqꝫ omni: quæ cis taurũ montem ẽ: decedite: pro impẽſis de-
inde in bellum factis. xv. millia talentũ euboicoꝝ dabitis: quingenta præſentia: duomillia & quingenta cũ
ſenatus Populuſqꝫ Romanus pacem comprobauerint: mille deinde talentũ per. xii. annos. Eumeni quo-
qꝫ reddi. cccc. talenta: & quod frumenti reliquum ex eo quod patri debitum eſt: placet. Hæc cum pepigeri
mus facturos uos: ut pro certo habeamus: erit quidẽ aliquod pignus: ſi obſides uiginti noſtro arbitratu
dabitis. Sed nunquam ſatis liquebit nobis ibi pacem eſſe po. ro. ubi Annibal erit: eum ante omnia depoſci
mus. Thoantẽ quoqꝫ ætolum concitatorẽ ætolici belli: qui & illoꝝ fiducia uos: & ueſtra illos in nos ar-
mauit: dedetis: & cum eo Mnaſymmacũ acarnanẽ: & chalcidẽſem Philonẽ: & Eubolum. In deteriore ſua
fortuna pacẽ faciet rex: quia ſerius facit: quam facere potuit: ſi nunc re moratus fuerit: ſciat regum maieſta-
tem difficilius ab ſũmo faſtigio: ad medium detrahi: quam a mediis ad ima præcipitari. Cum iis manda-

Atẽ. Scipionis ſnia attilium triũphus

tis ab rege miſſi erant legati: ut oẽm pacis cõditionẽ acciperent: itaqꝫ Romã mitti legatos placuit: Cõſul I
hyberna exercitũ Magneſiã mæandrũ & Thrallis Epheſumqꝫ diuiſit: Epheſum ad conſulem paucos poſt
dies obſides ab rege adducti ſunt: & legati: q Romã irent: uenerunt. Eumenes quoqꝫ eodẽ tpe profectus ẽ
romã: quo legati regis: ſecutæ eos ſunt legationes oĩum Aſiæ populoꝝ. Cum hæc in Aſia gerunt: duo
fere ſub idem tp̃s cum triumphi ſpe ꝓtores de prouinciis Romam redierunt. Qu. Minutius ex liguribus
M. Acilius ex Aetolia: Auditis utriuſqꝫ rebus geſtis Minutio negatus triumphus: Acilio magno conſen-

Mors Democriti

ſu decretus: iſqꝫ triumphans de rege Antiocho & ætolis urbẽ eſt inuectus: ꝑlata in eo triumpho ſunt ſigna
militaria. cc. xxx. & argẽti infecti triamillia põdo: ſignati tetracinum atticum. c. xiii. millia: ciſtophori. ccxl
viii. uaſa argentea celata multa magniqꝫ ponderis: tulit & ſupellectilẽ regiam argenteam ac ueſtẽ magnifi-
cam: coronas aureas: dona ſociaꝝ ciuitatum. xlv. ſpolia oĩs generis: captiuos nobiles ætolos & regios du-
ces ſex & triginta duxit. Democritus ætoloꝝ dux paucos ante dies cum e carcere effugiſſet: nocte in ripa ty
beris conſecutis cuſtodibus: priuſquam comp̃henderetᷣ: gladio ſe tranſfixit. Milites tñ: qui ſequerentᷣ cur
rum: defuerũt: alioquin magnificus & ſpectaculo & fama rerum triumphus fuit. Huius triumphi minu
it læticiam nuncius ex Hiſpania triſtis aduerſa pugna in uaſtetanis ductu. L. Aemilii ꝓconſulis apud op-

Triſtis ex Hiſpania

pidum Lyconẽ cum luſitanis: ſex millia de exercitu romano cecidiſſe: cæteros pauentes intra uallum com
pulſos ægre caſtra defendiſſe: & admodũ fugientiũ magnis itineribus in agrum pacatum reductos: hæc ex
Hiſpania nũciata. Ex Gallia legatos placẽtinoꝝ & cremonẽſium. L. Aurunculeius ꝓtor in ſenatum intro
duxit: iis quærentibus inopiam colonoꝝ: aliis belli caſibus: aliis morbo abſumptis quoſdam tædio acco
larum galloꝝ reliquiſſe colonias: decreuit ſenatus: uti. C. Lællius cõſul: ſi ei uideretᷣ: ſex millia familiarum
cõſcriberet: quæ in eas colonias diuiderentᷣ: & ut. L. Aurunculeius ꝓtor triũuiros crearet: ad eos deducẽdos
creati. M. acilius Serranus. L. Valerius. P. Filius. L. Valerius. C. Filius Tappo. Haud ita multo poſt cum
iam conſulariũ comitioꝝ appeteret tp̃s. C. lælius conſul ex Gallia Romã rediit: iis non ſolum ex facto ab
ſente ſi. S. C. in ſupplementũ Cremonæ & Placentiæ colonos ſcripſit: ſed ut nouæ coloniæ duæ in agrum
qui boioꝝ fuiſſet: ducerentᷣ: & rettulit: & auctore eo patres cẽſuerunt. Eodẽ tpe. L. Aemylii ꝓtores litteræ
allatæ de nauali pugna ad Mynõneſum facta: &. L. Scipionẽ conſulẽ exercitũ in aſiam traieciſſe. Victoriæ
naualis gratia in unũ diẽ ſupplicationẽ decreta ẽ: in alteꝝ diẽ quod exercitus Romanus tum primũ in aſia
poſuiſſet caſtra: ut ea res proſꝑa & læta eueniret. uicenis maioribus hoſtiis in ſingulas ſupplicatiões ſacrifi

M. Fuluius Gn. Mãliꝰ cõ.

care cõſul ẽ iuſſus. Inde cõſularia comitia magna contẽtione habita. M. æmylius lepidus petebat aduerſa
oĩum fama quod prouinciam Siciliam petẽdi cauſa non conſulto ſenatu: ubi ſibi id facere liceret: reliqſſet
petebant cum eo. M. Fuluius Nobilior. Gn. Manlius Volſo. M. Valerius Meſſalla. Fuluius conſul unus
creatur: cum cæteri centurias non expleſſent: is quoqꝫ poſtero die. Gn. Manlium lepido deiecto: nã Meſſal
la tacuit: collegam dixit. Prætores exinde facti duo. Qu. Fabii labeo: & Pictor: flamen quirinalis eo an
no inauguratus fuerat. M. Sempronius Tuditanus. L. Poſthumius albinus. L. Plautus Hypſeus. L. Bebi
us diues. M. Fuluio Nobiliore: &. Gn. Manlio Volſone conſulibus. Valerius antias auctor eſt rumorẽ
celebrem Romæ fuiſſe & pene pro certo habitum: recipiendi Scipionis adoleſcentis cauſa conſulem. L. Sci
pionẽ & cum eo. P. africanum in colloquium euocatos regis: & ipſos compræhenſos eſſe: & ducibꝰ ca-
ptis cõfeſtim ad caſtra romana exercitum ductũ: eaqꝫ expugnata: & deletas omnes copias romanoꝝ eſſe:
ob hæc ætolos ſuſtuliſſe animos: & abnuiſſe imperia facere: principeſqꝫ eoꝝ in Macedoniam: & in dar-

danos & in Thraciam ad conducenda mercede auxilia profectos. Hæc qui nunciarent Romam. A. Terentium Varronem: &. M. Claudium Lepidum ab. A. Cornelio proprætore ex Aetolia miſſos eſſe: ſubtexit deinde fabulæ huic legatos ætolos in ſenatum inter cætera hoc quoq; īterrogatos eſſe: unde audiſſent ipe ratores romanos in Aſia captos ab Antiocho rege: exercitum deletum eſſe: ætolos reſpondiſſe: ab ſuis legatis ſe qui cum conſule fuerint: certiores factos: Rumoris huius quia neminem alium auctorem habeo: neq; affirmata res mea opinione ſit: nec pro uana prætermiſſa. Aetoli legati in ſenatum introducti: cū & cauſa eos ſua & fortuna hortaretur: ut confitendo ſeu ſuæ culpæ: ſeu errori ueniam peterent ſupplices: orſi a beneficiis in Po. Ro. & prope exprobrantes uirtutem ſuā in Philippi bello: & offenderunt aures inſolētia ſermonis: & eo uetera & eo uetera & oblitterata repetendo rem adduxerunt: ut haud paulo plurimum maleficiorum gentis: quam beneficiorum memoria ſubiret animos patrum: & quibus miſericordia opus erat: iram & odium irritarent. Interrogati ab uno ſenatore permitterent ne arbitrium de ſe Po. Ro. deinde ab altero habituri ne eoſdem: quos Po. Ro. ſocios & hoſtes eſſent: nihil ad ea reſpondentes egredi templo iuſſi ſunt. Conclamatum deinde prope ab uniuerſo ſenatu eſt: totos adhuc Anthiochi ætolos eē: & ex unica ea ſpe pendere animos eorum: itaq; bellum cum haud dubiis hoſtibus gerendum: perdomandumq; feroces animos eſſe: illa etiam res accendit: quod eo ipſo tempore: quo pacem ab romanis petebant. Dolopiæ Athamaniæ bellum inferebant. Senatus conſultum in. M. Attilii ſniam: qui Antiochum ætoloſq; deuicerat: factum eſt: ut ætoli eo die iuberentur proficiſci ab urbe: & intra quintumdecimum diē Italia excedere. A. Terentius Varro ad cuſtodiendum iter eorum miſſus: denūciatumq; ſiqua deinde legatio ex ætolis niſi permiſſu imꝑatoris: q eam prouinciam obtineret: & cum legato romano ueniſſet Romam: pro hoſtibus omnes futuros: ita dimiſſi ætoli. De prouinciis deinde conſules rettulerunt: ſortiri eos Aetoliam & Aſiā: qui Aſiam ſortitus eſſet: exercitus ei: quem. L. Scipio haberet: eſt decretus: & in eius ſupplemētū quattuor millia peditum romanoꝝ: ducenti equites: & ſocioꝝ ac latini noīs ſexmillia peditum: & quadringenti equites: his copiis bellū gereret: alteri conſuli exercitus: qui erat in Aetolia eſt decretus: & ut ſupplemētū ſcriberet ꝑmiſſum ciuium ſocioꝝq; eundem numeꝝ: quē collega: naues quoq; idem conſul: quæ priore anno paratæ erant: ornare iuſſus ac ducere ſecum: nec cum ætolis ſolū bellum gerere: ſed etiam in Cephaleniam inſulam traiicere: mandatum eidē: ut ſi per cōmodum reipu. facere poſſet: ut ad comitia Romā ueniret: nam præterquā quod magiſtratus annui ſubrogandi eſſent: cenſores quoq; placere creari: ſiqua res eū teneret: ſenatum certiorē faceret ſe ad comitioꝝ tꝑs occurrere non poſſe. Aetolia. M. Fuluio: Aſia. Gn. Mālio ſorte euenit. Prætores deinde ſortiti ſunt. L. Poſthumius Albinus urbanam & inter peregrinos. M. Sēpronius Tuditanus Siciliam. Qu. Fabius Pictor flamen quirinalis Sardiniam. Qu. Fabius Labeo claſſem. L. Plautius Hypſeus Hiſpaniam citeriorem. L. Bebius Diues Hiſpaniam ulteriorē. Siciliæ legio una: & claſſis: quæ in ea prouincia erat decreta: & ut duas decimas frumenti prætor imperaret ſiculis: earum alteram in Aſiam: alteram in Aetoliam mitteret: idem abſurdis exigit: atq; ad eoſdem exercitus id frumentū ad quos ſiculum deportari iuſſum. L. Bebio ſupplementum in Hiſpaniam datum: mille romani pedites: quinquaginta: & ſexmillia peditum latini nominis: &. cc. equites: cum his ſupplementis ut ſingulas legiones duæ Hiſpaniæ haberent. Prioris anni magiſtratibus. C. Lællio cum ſuo exercitu prorogatum in annū imperium eſt: prorogatum: &. P. Iunio proptori in Ethruria cum eo exercitu: qui in prouincia eſſet: & M. Tucio proprætori in brutiis & Appulia. Priuſquam in prouincias prætores irent: certamen inter. P. Licinium pontificem maximum fuit: &. Qu. Fabium ꝑtorē flaminē quirinalem: quale patrū memoria inter. L. Metellum & Poſthumiū albinū fuerat: conſulē illū cum. C. Luctatio collega in Siciliā ad claſſem ꝓficiſcentē ad caſtra retinuerat. Metellus pontifex maximus prætorē hunc: ne in Sardiniā ꝓficiſceret. P. Licinius tenuit: & in ſenatu & ad populū magnis contētionibus certatū ē: & impia īhibita ultro citroq;: & pignora capta: & mulctæ dictæ: & tribuni appellati: prouocatū ad populū ē: religio ad poſtremū uicit: ut dicto audiens eēt flamē pōtifici: & mulctæ ex iuſſu populi remiſſæ: ita prouincia erepta: prætorē magiſtratu abdicare ſe conantē patres auctoritate ſua deterruerunt: & ut ius inter peregrinos diceret: decreuerunt.

Attur. rumores de Scipionibus captis

Senatus conſultū in ætolos

Delectibus deinde intra paucos dies: neq; enim multi milites legendi erant: perfectis: conſules prætoreſq; in prouincias proficiſcuntur. Fama deinde de rebus in aſia geſtis temere uulgata ſine auctore: & poſt dies paucos nuncii certi litteræq; imperatoris Romani allatæ: quæ non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt: deſierant enim uictum in aetolia metuere: quam auerterunt famam. quod ineuntibus id bellū grauis hoſtis & ſuis uiribus: & quod annibalem rectorem militiæ haberet: uiſus fuerat: nihil tamen aut de cōſule mittendo in aſiam mutandum: aut minuendas eius copias cenſuerunt: metu ne cum gallis ſciret bellādum. Haud multo poſt. M. aurelius Cotta legatus Scipionis cum antiochi regis legatis: & Eumenes rex rhodiique Romam uenerunt. Cotta in ſenatu primum deinde in Concionem iuſſu patrum: quæ acta in aſia eſſent: expoſuit: ſupplicatio inde in triduum decreta eſt: & quadraginta maiores hoſtiæ immolari iuſſæ. Oomnium primum Eumeni ſenatus datus eſt: is cum breuiter egiſſet gratias patribus: quod obſidione ſe ac fratrem exemiſſent: regnumq; ab iniuriis antiochi uindicaſſent: & gratulatus eſſet: quod mari terraq; proſpere res hegiſſent: quodq; regem antiochum fuſum fugatumq; & exutum caſtris prius Europa poſt aſia: quæ cis taurum montem eſt: expuliſſent ſua deinde merita malle eos ex imperatoribus ſuis legatiſque: quam ſe commemorante cognoſci dixit. Hæc approbantibus cunctis iubentibuſque dicere ipſum omiſſa in id uerecundia quid ſibi ab ſenatu Po. q; Ro. tribuiq; æquum cenſeret: propēſius cumulatiuſq; ſi quo poſſit: ꝓ ut eius merita ſint: ſenatum facturū. ad ea rex: ſi ab aliis ſibi ꝑmioꝝ optio deferret: liben

Verba Eumeni in ſenatu

ter data modo facultate conſulendi ſenatum romanũ conſilio ampliſſimi ordinis uſuꝝ fuiſſe: nequid aut
ĩmoderata cupiſſe:aut petiſſe parũ modeſte uideri poſſet:uerũ enimuero cum ipſi daturi ſint:multo magis
munificentiã eoꝝ in ſe fratreſq; ſuos ipſoꝝ arbitrii debere eſſe. Nihil hac oratione eius, P. C. deterriti ſunt:
quo minus dicere ipſum iuberent: & cum aliquãdiu hinc indulgentia: hinc modeſtia inter permittentes in
uicem: non magis mutua: quã inexplicabili facilitate certatũ eſſet. Eumenes templo exceſſit. Senatus in
eadem perſtare ſententia: ut abſurdũ eſſe diceret: ignorare regem quid ſperans aut petens uenerit: quæ accõ/
modata regno ſuo ſint: ipſum optime ſcire: Aſiã longe melius: quã ſenatũ noſſe: reuocandũ igitur & cogẽ/
dũ: quæ uellet: quæq; ſentiret: expromere: Reductus a prætore in tẽplum rex & dicere iuſſus: perſeueraſ/
ſem: inquit: tacere, P. C. niſi rhodioꝝ legationẽ mox uocaturos uos ſcirẽ: & illis auditis mihi neceſſitatem
fore dicendi: quæ qdem eo difficilior oratio erit: quod poſtulata eoꝝ futura ſunt: ut non ſolum nihil: qđ
contra me ſit: ſed ne quod ad ipſos quidẽ proprie pertineat: petere uideant: agent enim cãm ciuitatum græ
caꝝ: & liberari eas dicent debere. quo ĩperato: cui dubiũ eſt: quin & a nobis auerſuri ſint: non eas modo ci
uitates: quæ liberabunt: ſed etiam ueteres ſtipendiarias noſtras? ſibi autem tãto obligatos beneficio uerbo
ſocios: re uera ſubiectos imperio & obnoxios habituri ſint? & ſi diis placet: cum has tãtas opes affectabũt:
diſſimulabunt ulla parte id ad ſe pertinere: uos modo id decedere & conueniens eſſe antefactis dicẽt. Hæc
uos ne decipiat oratio: prouidendũ uobis erit: neue non ſolũ inæqualiter alios nimium deprimatis ex ſo
ciis ueſtris: alios præter modũ extollatis: ſed etiã ne qui aduerſus uos arma tulerint: meliore ſtatu ſint: quã
ſocii aut amici ueſtri. Quod ad me attinet: in his rebus ceſſiſſe intra finem iuris mei cuilibet uideri malim
quam nimis pertinaciter in obtinendo contendiſſe in certamine amicitiæ ueſtræ: beniuolentiæ erga uos:
honoris: quia uobis habebitur: minime æquo animo uinci poſſum: hanc ego maximam hæreditatem a
patre accepi: qui primus oĩum Aſiam Græciamq; incolentium in amicitiam ueſtram uenit: eamq; perpe/
tua & conſtanti fide ad extremum finem uitæ perduxit: nec animum dũtaxat uobis bonum ac fidelem ꝑ
ſtitit: ſed omnibus interfuit bellis: quæ in Græcia geſſiſtis terreſtribus naualibuſq;: oĩ genere cõmeatũ: ita
ut nemo ſocioꝝ ueſtrorum æquari ulla parte poſſit: uos adiuuit: poſtremo cũ boetios ad ſocietatem ue/
ſtram hortaretur: in ipſa concione intermortuus haud multo poſt expirauit. Huius ego ueſtigia ingreſſus
uoluntate quidem & ſtudio incolendis uobis adiicere: & enim inexuperabilia hæc erant: nihil potui: reb⁹
ipſis meritiſq; & impenſis officioꝝ ut ſuperare poſſem: fortuna: tempora: Antiochus: & bellum ĩ Aſia ge
ſtum præbuerunt materiam. Rex Aſiæ & partis Europæ Antiochus filiam ſuam in matrimonium mi/
Eumenes in ro. po. officia hi dabat: reſtituebat extẽplo ciuitates: quæ defecerant a nobis: ſpem magnam ĩ poſterum ampliandi regna
faciebat: ſi ſecum bellum aduerſus uos geſſiſſem: non gloriabor eo: quod nihil in uos deliquerim: illa poti
us: quæ uetuſtiſſima domus noſtræ uobiſcum amicitia digna ſunt: referam: pedeſtribus naualibuſq; copi
is ut nemo ueſtroꝝ ſocioꝝ me equiperare poſſet. imperatores ueſtros adiuui cõmeatus terra mariq; ſuppe
ditaui: naualibus prælIis: quæ multis locis facta ſunt: omnibus affui: nec labori meo: nec periculo uſquã
peperci: quod miſerrimũ eſt: in bello obſidionẽ paſſus ſum. Pergami incluſus cũ diſcrimine ultimo ſimul
uitæ regniq;: liberatus deinde obſidione cum alia parte Antiochus: alia Seleucus circa arcem regni mei ca
ſtra haberent: relictis rebus meis tota claſſe ad Helleſpontũ. L. Scipioni conſuli ueſtro occurri: ut eum ĩtra
iiciendo exercitu adiuuarem: poſteaquam in Aſiam exercitus ueſter eſt tranſgreſſus: nunquam a cõſule ab/
ſceſſi: nemo miles romanus magis aſſiduus in caſtris ueſtris fuit: quam ego fratreſq; mei: nulla expeditio
nullum equeſtre prælium ſine me factũ ẽ: in acie ibi ſteti: eam partem ſum tutatus: in qua me conſul eẽ uo
luit. Non ſum hoc dicturus, P. C. quis hoc bello meritis erga uos mecum comparari poteſt? ego nulli om
nium neq; populoꝝ: neq; regum: quos in magno honore habetis: non auſum me comparare. Maſiniſſa
hoſtis uobis: antequam ſocius fuit: nec ĩcolumi regno cum auxiliis ſuis: ſed extorris: expulſus: amiſſis om
nibus copiis cum turma equitũ in caſtra confugit ueſtra: tamen eum qui in Africa aduerſus Syphacem &
Carthaginenſes fideliter atq; impigre uobiſcum ſtetit: non in patrium ſolum regnum reſtituiſtis: ſed adie
cta opulentiſſima parte Syphacis regni præpotentem inter Africæ reges feciſtis. Quo tandem igitur nos
præmio atque honore digni apud uos ſumus: q nunquam hoſtes: ſemper ſocii fuimus? pater: ego: fratreſ
q; mei non aſiam tm̃ ſed etiam procul ab domo in Peloponneſo: in Boetia: in Aetolia: Philippi: Antiochi
ætolico bello terra mariq; pro uobis arma tulimus. Quid ergo poſtulas? dicat aliqs: ego, P. C. quoniam
dicere utiq; uolentibus uobis parendum eſt: ſi uos ea mente ultra Tauri iuga Antiochum eieciſtis: ut ipſi
teneretis eas terras: nullos accolas nec finitimos habere: quam uos malo: nec ulla alia re tutius ſtabiliuſque
regnum meum futurum ſpero: ſed ſi uobis decedere ĩde atq; deducere exercitus in aĩo eſt: neminem dignio
rem eſſe ſociis ueſtris: q bello a uobis parta poſſideat: quam me dicere auſim. At enim magnificum eſt li/
berare ciuitates ſeruas: ita opinor: ſi nihil hoſtile aduerſus uos fecerunt: ſin autem Antiochi partis fuerunt:
quanto eſt ur̃a prudentia & æquitate dignius ſociis bene meritis quam hoſtibus uos conſulere. Grata ora
Smyrneorũ legatio tio regis patribus fuit: & facile apparebat munifice oĩa & propenſo aĩo facturos. Interpoſita ſmyrnæorũ
breuis legatio eſt: qa non aderãt qdam rhodioꝝ. Collaudatis egregie ſmyrneis: quod oĩa ultima pati: quã
Rhodiorũ legatio ſe regi tradere uoluiſſent: introducti rhodii ſunt. Quoꝝ princeps legationis expoſitis initiis amicitiæ cum
Popu. Roma. meritiſq; rhodiorum: Philippi prius: deinde Antiochi bello nihil: inqt: nobis tota noſtra
actione, P. C. neq; difficilius: neq; moleſtius eſt: quam quod cum Eumene nobis diſceptatio eſt: cum quo
uno maxime regum & priuatum ſingulis: & quod magis nos mouet: publicũ ciuitati noſtræ hoſpitium
eſt: cæterum non animi noſtri, P. C. nos: ſed rerum natura: q̃ potentiſſima ẽ: diſiũgit: ut nos liberi ẽt alioꝝ

libertatis cauſam agamus:reges ſerua omnia & ſubiecta ĩperio ſuo eē uelint. Vtcunq; tamen res habet:ma
gis uerecũdia noſtra aduerſus regem nobis obſtat:q̃ ipſa diſceptatio:aut nobis ĩpedita eſt:aut uobis ꝑple
xam deliberationem p̄bitura uidet᷑. Nam ſi aliter ſocio & amico regi & benemerito hoc ipſo in bello: de
cuius præmiis agitur:honos haberi nullus poſſet:niſi liberas ciuitates traderetis ei:eēt deliberatio anceps
ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis : aut decederetis inſtituto ueſtro:gloriam philippi bello
partá nũc ſeruitute tot ciuitatũ deformaretis:ſed ab hac neceſſitate aut gratiæ in amicum minuẽdæ aut glo
riæ ueſtræ egregie uos fortuna uindicat. Et.n.deum benignitate non glorioſa magis:q̃ diues uictoria ue
ſtra: quæ uos facile iſto uelut ære alieno exoluat:nam & Lycaonia:& phrygia utraq; : & Pyſidia omnis
& Cherſõneſus quæq; circũiacent Europæ:in ueſtra ſunt poteſtate quarum una quælibet regi adiecta mul
tiplicare regnũ Eumenis poteſt:oẽs uero datæ maximis eum regibus ꝑferre: licet ergo uobis & præmiis
belli ditare ſocios:& nõ decedere ĩſtituto ueſtro. Debetis ẽt meminiſſe quẽ titulũ prætenderitis prius aduer
ſus Philippũ:nunc aduerſus Antiochũ belli:qd feceritis Philippo uicto:qd nũc a nobis non magis qa fe
ciſtis:q̃ quia id uos facere decet:deſideret᷑:atq; expectet᷑:alia.n.aliis oneſta & ꝓbabilis eſt cá armorum:illi
agrum:hi uicos:hi oppida:hi portus oramq; aliq̃ maris ut poſſideát:uos nec cupiſtis hæc anteq̃ habere
tis: nec nũc cũ orbis terrarũ ĩ ditiõe ueſtra ſit:cupere poteſtis: ꝓ dignitate & gloria apud omne humanũ ge
nus:qđ ueſtrũ nomẽ ĩperiũq; iuxta ac deos ĩmortales iáprídẽ ĩtuet᷑:pugnatis:q̃ pare & q̃rere arduũ fuit:ne
ſcio an tueri difficili⁹ ſit. Gẽtis uetutiſſimæ nobiliſſimæq; uel fama rerũ geſtarũ:uel oĩ cõmẽdatiõe hũanita
tis doctrinarũq; tuẽda ab ſeruitio regio libertatẽ ſuſceptis:hoc patrociniũ receptæ ĩ fidẽ & clientelá ueſtrá uni
uerſæ perpetuũ uos ꝑſtare decet. Nõ quæ ĩ ſolo mõ antiquo ſunt græcæ magis urbes ſunt:q̃ coloniæ earũ
illinc quondá profectæ in Aſiam nec terra mutata mutauit genus aut mores certare pio certamine cuiuſli
bet bonæ artis ac uirtutis auſi ſumus cum parentibus:quæq; ciuitas & conditoribus ſuis:adiſtis' aſiæ ur
bes plæriq;:niſi quod a uobis longius abſumus:nulla uincimur alia re. Maſſiliẽſis: quos ſi natura inſita
uelut ingenio terræ uinci poſſet:iampridem efferaſſent tot ĩdomitæ circũfuſæ gẽtes ĩ eo honore:in ea meri Maſſilien
to dignitate audiuimus apud uos eſſe:ac ſi medium umbilicum Græciæ incolerent. non.n.ſonum modo ſium laus
linguæ ueſtitũq; & habitum:ſed ante omnia mores:& leges:& ingenium ſyncerũ integrumq; a cõtagione
accolarum ſeruarunt. Terminus eſt nunc imperii ueſtri mõs taurus:quicquid ĩtra eum cardinẽ ẽ nihil lõ
ginquum uobis uideri debet:quo arma peruenerunt:eodẽ ius hinc profectũ ꝑueniat. Barbari:quibus pro
legibus ſemꝑ dominorũ imperia fuerunt:quo gaudẽt:reges habeant:græci ſuá fortunam:ueſtros aĩos ge
runt:domeſticis quondam uiribus etiam ĩperium amplectebantur:nunc ĩperium ubi ẽ: ibi ut ſit ꝑpetuũ
optant: libertatẽ ueſtris tueri armis ſatis habent:quoniam ſuis non poſſunt: At enim quædam ciuitates cũ
Antiocho ſenſerunt: & aliæ prius cum Philippo:& cum Pyrrho:tarentini ne alios populos enumerem
Carthago libera cum ſuis legibus eſt:huic ueſtro exemplo quantum debeatis:uidere. P.C. inducetis in ani
mum negare Eumenis cupiditati:qđ iuſtiſſimæ iræ ueſtræ negaſtis. Rhodii & in hoc & in omnibus bel
lis:quæ in illa hora geſſiſtis.q̃ forti fideliq; opera uos adiuuerimus:ueſtro iudicio relinquimus: nunc in
pace id conſilium afferrimus:qđ ſi cõprobaueritis:magnificẽtius uos uictoria uſos eē:quá uiciſſe oẽs æſti
maturi ſint. Apta magnitudini romanæ oratio uiſa eſt. Poſt rhodios Antiochi legati uocati ſunt : in uul
gato detentium ueniá more errorem faſſi regis obteſtari. P.C. ut ſuæ potius clæmentiæ:q̃ regis culpæ:q ſa
tis ſupq; pœnarũ dediſſet memores conſulerẽt:poſtremo pacẽ datam a. L. Scipione impatore:quibus legi Pax An
bus dediſſet:confirmarent auctoritate ſua. Et ſenatus eam pacem ſeruádam cenſuit:& paucos poſt dies po tiocho cõ
pulus iuſſit:fœdus in capitolio cũ Antipatro principe legationis & eodẽ fratris filio regis antiochi ẽ ictũ. ceſſa.
Auditæ deinde & aliæ legationes ex Aſia ſunt:q̃bus omnibus datum ẽ reſpõſum decem legatos more ma
iorum ſenatum miſſurũ ad res Aſiæ diſceptandas componẽdaſq;:ſummá tamẽ hanc fore:ut cis taurũ mon
tem: q̃ infra regni fines Antiochi fuiſſent. Eumeni attribuerentur ꝑter Lyciam Cariáq;:uſq; ad mæandrũ
amnem eæ ciuitates rhodiorum eẽnt. Cæteræ ciuitates Aſiæ quæ in Attali ſtipendiariæ fuiſſent:eædem Eu
meni uectigal' penderent:quæ uectigales fuiſſent Antiochi:eæ liberæ atq; ĩmunes eẽnt. Decem legatos hos
decreuerunt. Qu. Minutium Ruffum. L. Furiũ Purpurionẽ: Qu. Minutium Teremũ: Appium Claudiũ Publicũ
Neronem. Gn. Cornelium Merulá. M. Iuniũ Brutum. L. Aurũculeium. L. Aemyliũ Paulum. P. Corneli decretũ de
um Lentulum. P. Elium Tuberonẽ. His quæ ꝑſentis diſceptationis eẽnt libera mandata de ſumma rerũ aſiæ reb⁹
ſenatus conſtituit. Lycaoniam omnem & Phrigiam utráq; & Myſias regias ſiluas & Lydiæ Ioniæq; extra componẽ
oppida quæ libera fuiſſent:quo die cum rege Antiocho pugnatum eſt:& nominatim Magneſiam & Cy dis.
pilum & Cariam quæ Hydrella appellatur:agrũq; hydrelentanũ ad Phrigiam uergẽtem: & caſtella uicoſq;
ad mæandrũ amnẽ:niſi q̃ libera ante bellum fuiſſent: Thelmeſſontẽ noĩatim & caſtra thelmeſſium præter
agrum:qui Ptolemæi thelmeſſii fuiſſet:hæc oĩa:quæ ſupra ſcripta ſunt:regi Eumeni iuſſi dari. Rhodiis
Lycia data:quæ extra eundem Thelmeſſontem & caſtra thelmeſſium:& agrũ q Ptolemæi thelmeſſii fuiſ
ſet:hæc & ab Eumene:& ab rhodiis excepta. Ea quoq; his pars data Cariæ:q̃ ꝓpe Orchorũ ĩſulam trans
mæandrum amnem eſt:oppida uici:caſtella agri :qui ad Pyſidiá uergunt:niſi quæ eorũ oppida in liberta
tẽ fuiſſent:pridie quá cum Antiocho rege in Aſia pugnatum eſt. Pro his cũ gratias egiſſent:rhodii:de So
lis urbe:quæ in Cilicia eſt:egerunt: Argis & illos ſicut ſeſe oriundos eē:ab ea germanitate fraterná ſibi cum
iis caritatem eē:petere hoc extraordinarium munus ut eam ciuitatem ex ſeruitute regia eximerent. Vocati
ſunt legati regis Antiochi:actumq; cum iis:nec q̃cquá ĩpetratum ẽ teſtante fœdera Antipatro: aduerſus q̃
ab rhodiis non Solos: ſed Ciliciam peti:& iuga tauri tranſcendi. Reuocatis in ſenatum Rhodiis : cum

quãtopere tenderet: legatus regius: expoſuiſſent: adiecerunt: ſi utiqꝫ eã rem ad ciuitatis ſuæ dignitatẽ ptine-
re cenſerent rhodii: ſenatũ omnimodo expugnaturum pertinaciã legatorum. Tum uero impenſius: q̃ ante
rhodii gratias egerunt: ceſſuroſqꝫ ſe potius arrogantiæ Antipatri: q̃ cauſas turbandæ pacis ꝓbituros dixe-
runt: ita nihil de Solis mutatũ ẽ. per eos dies: quibus hæc geſta ſunt: legati maſſilenſiũ nũciarũt. L. Bebiũ

L. Bebius a Liguribus circũuẽtus cũ paucis euaſit.

prætorẽ ĩ ꝓuinciam Hiſpaniã ꝓficiſcẽtẽ ab ligurib⁹ circũuentũ magna pte comitũ: cæſa uulneratũ ipm cũ
paucis ſine lictoribus Maſſiliã ꝓfugiſſe: & intra triduũ expiraſſe. Senatus ea re audita decreuit uti. P. Iuni⁹
qui ꝓprætor in Ethruria eẽt: ꝓuincia exercituqꝫ traditis uni: cui uideret ex legatis: ipſe in ulteriorẽ Hiſpa-
niã ꝓficiſceret: eaqꝫ ei ꝓuincia eẽt Hoc ſenatus conſultũ: litteræqꝫ a Spurio Poſthumio prætore ĩ Ethruria
miſſæ ſunt: ꝓfectuſqꝫ ĩ Hiſpaniã ẽ. P. Iunius ꝓprætor: in qua ꝓuincia prius aliquãto: quã ſucceſſor ueni-
ret. L. Aemylius Paulus: q poſtea regẽ Perſen magna gloria uicit: cũ priore anno haud ꝓſpere rẽ geſſiſſet: tu-
multuario exercitu collecto ſignis collatis cum luſitanis pugnauit fuſi fugatiqꝫ ſunt hoſtes: cæſa. x. & octo
millia armatoꝝ: triamillia. ccc. capti: & caſtra expugnata: huius uictoriæ fama tranqlliores res ĩ Hiſpania

Bononia Colonia.

fecit. Eodem anno ante diem. iii. Calẽdas Ianuarias Bononiã latinam coloniã ex ſenatus cõſulto. L. Vale-
rius Flaccus. M. acilius Serranus. L. Valerius Tappo triũuiri deduxerunt: triamillia hoĩum ſunt deducta
eqtibus ſeptuagena iugera: cæteris colonis quinquagena ſunt data: ager captus de gallis boiis fuerat: galli
tuſcos expulerant. Eodem anno cenſuram multi & clari uiri petierunt: q̃ res tanq̃ in ſe parum magni certa-
minis cãm haberet: aliam contentionem multo maiorem excitauit: petebant. T. Quintius Flaminius. P.
Cornelius. Gn. filius Scipio. L. Valerius Flaccus. M. Portius Cato. M. Claudius Gelo. M. Attilius Gla-

M. Attilio a tri. pl. dicta eſt dies.

brio: qui Antiochum ad Thermopylas ætoloſqꝫ deuicerat. In hunc maxime quod multa concilia habue-
rat: quibus magnam partem hominum obligarat: fauor populi ſe inclinabat. Id cum ægre paterentur tot
nobiles nouum ſibi hominem tãtum præferri. P. Sempronius Gracchus: &: C. Sempronius Rutilius tri-
buni plebis ei diem dixerunt: qđ pecuniæ regiæ ꝑdæqꝫ aliquantum captæ in Antiochi caſtris: neqꝫ ĩ trium-
pho tuliſſet: neqꝫ ĩ ærarium detuliſſet: Varia teſtimonia legatoꝝ tribunorumqꝫ militum erãt. M. Cato an-
te alios teſtes conſpiciebatur: cuius auctoritatem perpetuo tenore uitæ partam toga candida eleuabat: is te-
ſtis quæ uaſa aurea atqꝫ argẽtea captis caſtris inter aliã regiam prædam uidiſſet: ea ſe in triũpho negabat ui-
diſſe poſtremo in huius maxime inuidiã deſiſtere ſe petione Glabrio dixit: quando qdem taciti indigna-
rent nobiles homines: ideoqꝫ nouus competitor ĩæſtamabili periurio interceſſerit centummillium mulcta
irrogata erat: bis de ea certatũ eſt: tertio cum de petitione deſtitihet reus: nec populus de mulcta ſuffragium
fere uoluit & tribuni eo negotio deſtiterunt. Cenſores. T. Quintius Flaminius. M. Claudius Marcellus
creati. Per eoſdem dies. L. Aemilio Regillo: qui claſſe præfectum Antiochi regis deuicerat extra urbem in
æde Apollinis cum ſenatns datus eſſet: auditis rebus geſtis eius q̃tis cũ claſſibus hoſtium dimicaſſet: quot
inde naues demerſiſſet: aut cepiſſet magno conſenſu patrum triumphus naualis eſt decretus: triumphauit
Galedis februariis in eo triũpho: unde quinquagitura coronæ aũreæ tranſlate ſunt: pecunia nequaquam tã-
ta pro ſpecie regii triumphi: tetracina attica. cc. xxxiii. m. cyſtophori. ccc. xxxii. millia Supplicationes dein-
de fuerunt ex ſenatuſconſulto: quod. L. Aemylius in Hiſpania proſpere remp. geſſiſſet. Haud ita multo
poſt. L. Scipio ad urbem uenit: qui ne cognomini fratris cederet. Aſiaticum ſe appellari uoluit: & in ſenatu

Aſiatici cognomẽ

& in concione de rebus ab ſe geſtis diſſeruit. Erant: qui fama id maius bellum: quam difficultate rei fuiſſe
interpꝛætarent: uno memorabili prælio debellatũ: gloriãqꝫ eius uictoriæ defloratam ad Thermopylas eſſe.
Cæterum uere eſtimãti ætolicũ magis ad Thermophylas bellũ: q̃ regiũ fuit: quota. n. parte uiriũ ſuaꝝ ibi
dimicauit Antiochus: in Aſia totius Aſiæ ſteterunt uires ab ultimi orientis partibus oĩum gẽtiũ cõtractis
auxiliis: merito ergo & diis ĩmortalibus: q̃tus maximus poterat: habitus eſt honos: qđ ĩgentẽ uictoriã fa-
cilem ẽt feciſſent: ĩpatori triũphus eſt decretus: triũphauit menſe itercalario pridie Calẽdas martias: q tri-
umphus ſpectaculo oculorum maior: q̃ Africani fratris eius fuit: recordatione reꝝ & æſtimatiõe ꝑiculi cer-
taminiſqꝫ nõ magis cõparãdus: q̃ ſi ĩpatorẽ ĩpatori: aut Antiochũ ducẽ Annibali conferres. Tnlit in

Aſiatici Scipiõis triũphus

triũpho ſigna militaria. cc. xxiiii. oppidoꝝ ſimulacra. cxxxiiii. eburneos dẽtes m. ccxxxi. aureas coronas.
ccxxxiiii. argẽti Põdo. cxxvii. millia &. ccccxx. tetracinũ atticoꝝ. ccxiiii. millia cyſtophori. ccc. xxxi. mil-
lia &. lxx. nũmos aureos philippeos. cxl. millia uaſoꝝ argentoꝝ oĩa cælata erãt: mille põdo &. ccccxxiiii.
aureoꝝ mille põdo. xxiiii. & duces regii ꝓfecti: & purpurati duo: &. xxx. ante currũ ducti. Militib⁹ qui ui-
ceni denarii dati: duplex cẽturioni: triplex eqti: & ſtepẽdiũ militare & frumẽtum duplex poſt triũphũ da-
tũ: prælio ĩ Aſia facto, duplex dederat. Triũphauit ãno fere: poſteaq̃ conſulatu abiit. Eodẽ fere tpe. Gn. mã-
lius cõſul in Aſiã: &. Qu. Fabius Labeo prætor ad claſſem uenit: cæteꝝ cõſuli nõ deerat cũ gallis belli ma-
teria: mare pacatũ erat deuicto Antiocho: cogitãtiqꝫ Fabio: cui rei potiſſimum inſiſteret: ne ocioſam ꝓuin-
ciã habuiſſe uideri poſſet: optimũ uiſum eſt in Cretã inſulã traiicere: Cydoniatæ bellum aduerſus cortynæ-
os gnoſioſqꝫ gerebãt: & captiuoꝝ romanoꝝ atqꝫ italici generis magnus namerus in ſeruitute eẽ p tota ĩſu-

Quæ a Fabio labeone in Creta geſta.

lã dicebat. Claſſe ab Fpheſo ꝓfectus: cum primũ Cretæ littus attigit: nũcios circa ciuitates miſit ut armis
abſiſterent: captiuoſqꝫ in ſuis quæqꝫ urbibus agriſqꝫ cõqſitos reducerãt: & legatos mitterent ad ſetenm qui-
bus de rebus ad cretẽſes pariter romanoſqꝫ pertinentibus ageret: nihil magnopere ea cretenſes mouerunt:
captiuõs præter cortynios nulli reddiderunt. Valerius Antias ad. iiii. millia captiuoꝝ: qa belli minas ti-
muerũt: ex tota ĩſula reddita ſcripſit: eãqꝫ cãm Fabio cum rẽ uullã aliã geſſiſſet: naualis triũphi impetrãdi
ab ſenatu fuiſſe: ac Epheſum Fabius rediit: ĩde tribus nauibus ĩ Thraciæ otam miſſis: ab Aeno & Maro-
nia præſidia Antiochi deduci iuſſit: ut ĩ librrtate eæ ciuitates eſſent.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO.

## LIBER OCTAVVS.

CVM IN Aſia bellum geritur: ne in Aetolia quidē quietæ res fuerant principio a gente athamanū orto. Athamania ea tempeſtate pulſo Amynandro ſub præfectis Philippi regio tenebat̃ præſidio: qui ſuperbo ac imodico imperio deſideriū Amynandri fecerant: exulanti tum Amynandro in Aetolia litteris ſuorum indicantiū ſtatum Athamaniæ: ſpes recuperandi regni facta eſt: remiſſiq́ꝫ ab eo nūciant principibus Argitheam: id. n. caput athamaniæ erat ſi popularium animos ſatis perſpectos haberent: impetrato ab ætolis auxilio in Athamaniam ſe uenturum: delectis quod conſilium eſſet gentis & Nicandro prætore: quos ubi ad omnia paratiores eē uidit: certiores ſubinde facit: quo die cum exercitu athamaniam ingreſſurus eſſet. Quattuor primo fuere coniurati aduerſus macedonum præſidium: biſſenos adiutores ſibi ad rem gerendam aſſumpſerunt deinde paucitate parum fræti: q̃ celande rei quā agēdæ aptior erat: parē priori numerum adiecerunt. Ita duo &. xxx. facti quadrifariam ſe diuiſerunt: pars una Heracleam: altera Tetrapiliam petit: ubi cuſtodia regiæ pecuniæ eſſe ſolita erat: tertia Theudoriam quarta argitheam. Ita inter omnes conuenit: ut primo quieti uelut ad priuatam rem agendam ueniſſent in foro obuerſarentur: die certam multitudinem omnem conuocarent ad præſidia macedonum arcibus expellenda. Vbi ea dies aduenit: & amynander cum mille ætolis ſe ī finibus poſuerat: ex compoſito quattuor ſimul locis præſidia macedonum expulſa: litteræq́ꝫ in alias urbes paſſim dimiſſæ ut uindicarent ſeſe ab impotenti dominatiōe philippi: & reſtituerent amynandrum in patrium ac legitimum regnum: undiq́ꝫ macedones expelluntur.

Amynander in regnū ꝓditionē reſtituitur.

ipſum explorādam: neqd ignoti eēt: abſumpſit conſul: tertio die cū auſpicio opam dediſſet: deinde īmolaſ-
ſet: in quatuor partes diuiſas copias educit: duas ut medio mōte duceret: duas a lateribus ut diuerſus cor-
nua gallorum erigeret. Hoſtium quod roboris erat: tectoſagi & trocmi mediam tenebant aciem millia ho-
minum quinquaginta: equitatum quia equorum nullus inter inæquales rupes uſus erat: ad pedes dedu-

Acies numera gallorum

ctum. x. millia hominum ab dextero locauerunt cornu: Ariaratis cappadoces & morzi auxiliares in leuo
quattuor ferme millium numerum explebant. Conſul ſicut in olympo monte prima acie locata leui ar-
matura: tælorum oīs generis: ut æque magna uis ad manum eſſet: curauit: ubi appropinqnarunt omnia
eadem utrinqꝫ q̄ fuerant in priore ꝑlio erant: præter animos & uictoribus ab re ſecunda auctos & hoſtibꝰ
fractos: quia & ſi non ipſi uicti erant: ſuæ gentis hominum cladem pro ſua ducebāt. Itaqꝫ a paribus initi-
is cœpta res eundem exitum habuit: uelut nubes leuium tælorum coniecta obruit aciem gallorū. nec aut
procurrere quiſquam ab ordinibus ſuis: ne nudarent: undiqꝫ corpus ad ictus audebant: & ſtantes quo dē-
ſiores erant: hoc plura uelut deſtinatum petentibus uulnera accipiebant. Conſul iam per ſe turbatis ſi le-
gionum ſigna oſtendiſſet: uerſuros extemplo in fugā oēs ratus: receptis inter ordines uelitibus & alia tur-
ba auxilioꝝ aciem ꝓmouit. Galli & memoria toloboſtogoꝝ cladis territi: & inhærentia corporibus ge-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rentes tæla:feſſiq; & ſtando & uulneribus:ne primum qdem ĩpetũ & clamorem romanoꝝ tulerunt:fuga Gallo&
ad caſtra inclinauit:ſed pauci intra munimẽta ſeſe recipere:pars maior dextera leuaq; palati:qua quẽq; im fuga
petus tulit:fugerunt:uictores uſq; ad caſtra ſecuti ceciderunt:terga deinde in caſtris cupiditate p̄dæ hæſerũt
nec ſequebat̃ quiſq̃:in cornibus galli diutius ſteterunt:qa ſerius ad eos p̄uentũ eſt:cæteꝝ ne primũ quidẽ
coniectũ tæloꝝ tulerunt. Conſul q ĩgreſſos ĩ caſtra ab direptione abſtrahere nõ poterat:eos qui in cornib⁹
fuerant:p̄tinus ad ſequẽdos hoſtes miſit:p aliquantũ ſpatiũ ſecuti nõ plus tamẽ octomillia hominum ĩ fu
ga:ná pugna nulla fuit:ceciderunt:reliqui flumẽ halyn trãſierunt. Romanoꝝ magna pars ea nocte in ho-
ſtiũ caſtris manſit:cæteros in ſua caſtra cõſul reduxit:poſtero die captiuos p̄dãq; recenſuit:q̃ tanta fuit:quã Att̃.ingẽ
ta auidiſſima rapiendi gens cũ cis montem tauꝝ oĩa armis per multos tenuiſſet annos coaceruare potuit. tem p̄dã
Galli ex diſſipata fuga paſſim congregati magna pars ſaucia ut ĩermes:nudati oĩbus rebus oratores de pa
ce ad conſulẽ miſerunt:eos Manlius Epheſum uenire iuſſit:ipſe iam enim mediũ autumni erat locis geli-
dis p̄pinquitate mõtis tauri excedere properans:uictorẽ exercitũ ĩn hyberna maritimæ oræ reduxit. Dũ
hæc in Aſia gerunt̃:ĩ cæteris p̄uinciis tranquillæ res fuerunt. Cenſores Romæ. T. Quĩtius Flaminius: &
M. Claudius Marcellns ſenatum p̄legerunt:princeps ĩ ſenatum tertiũ lectus. P. Scipio Africanus: quattu-
or:ſoli p̄teriti ſunt:nemo curuli uſus honore:& in eqtatu recẽſendo mitis admodũ cenſura fuit: ſubſtru-
ctionem ſup æqmelium ĩ capitolio:& uiam ſilice ſternẽdam a porta capena ad Martis ædem locauerunt.
Gãpani:ubi cenſerent̃:ſenatum cõſuluerũt:decretum uti Romæ cenſerent̃. Aquæ ingentes eo anno fuerũt:
tyberis duodecies campum martiũ planaq; urbis inundauit. Ab. Gn. Manlio conſule bello in Aſia cũ gal-
lis perfecto:alter conſul. M. Fuluius p̄domitis ætolis cũ traieciſſet in Cephaleniam:circa ciuitates inſulæ
miſit p̄cunctatum utrũ ſe dedere romanis an belli fortunã experiri mallẽt:metus ad oẽs ualuit:ne deditio-
nẽ excuſarent:obſides inde ĩpatos pro uiribus inopis populi:uicenos aũt granonii:& phalenſes: & ſa-
mei dederunt. Inſperata pax Cephaleniæ affulſerat cũ repente una ciuitas incertum:quã ob cãm ſamei di-
ſciuerunt:qa opportuno loco urbs poſita eſſet:timuiſſe ſe aiebant:ne demigrare cogerent̃ ab romanis: cæ
teꝝ ipſi ne ſibi cõfixerint metũ:& timore uano quietũ excitauerĩt malũ:an iactata ſermonibus res apud ro
manis p̄lata ad eos ſit:nihil cõperti ẽ:niſi qd' datis iã obſidibus repente portas clauſerunt: & ne ſuoꝝ qdẽ
p̄cibus:miſerat.n. ſub muros conſul ad tẽptandũ miſericordiã parentũ populariũq;:deſiſtere ab ĩcepto uo-
luernnt. Oppugnari deinde:poſteaq̃ nihil pacati reſpondebat̃:cœpta urbs eſt:apparatum oẽm tormẽtoꝝ
machinarumq; trãſuectnm ab Ambraciæ oppugnatione habebat:& opera:q̃ faciẽda erant: impigre mili-
tes p̄fecerũt:duobus igit̃ locis admoti arietes quatiebant muros. Nec ab ſameis q̄cquã quo aut opera: aut
hoſtis arceri poſſet: p̄termiſſum ẽ:duabus tñ maxime reſiſtebant rebus:una interiorẽ ſemp iuxta uallũ p̄
diruto nouũ obſtruentes murũ:altera eruptionibus ſubitis nũc ĩ opera hoſtiũ:nũc in ſtationes:& plærũq;
iis p̄liis ſupioris erant. Vna ad terrẽdos inuenta haud memorata res eſt:cẽtum funditores ab Egio: & Pa-
tiis:& Dymis accitita pueris ii more quouam gentis ſaxis globoſis:qbus ferme harenæ ĩmixtis ſtrata lit-
tora ſunt:funda in mare apertũ inceſſentes exercebant̃:itaq; lõgius certiore & ualidiore ictu: quam balea-
ris funditor ex tælo uſi ſunt:& ẽ nõ ſimplicis habenæ:ut balearica aliarũq; gentiũ funda:ſed triplex ſcuta-
le crebris futuris duratũ:ne fluxa habæna uolutet̃ ĩ iactu glãs:ſed librata cum ſederit:uelut neruo miſſa ex
cutiat̃:coronas modici circuli magno ex ĩteruallo loci aſſueti traiicere:nõ capita ſolũ hoſtium uulnerabãt:
ſed quem locum deſtinaſſent oris. Eæ fundæ ſameos cohibuerunt:ne tã crebro:neue tam audacter erum-
perent:adeo ut p̄carent̃ ex muris achæos:ut parump aſcẽderent:& ſe cũ romanis ſtationibus pugnãtes qe Sameoꝝ
te ſpectarẽt:quattuor mẽſes obſidionẽ ſamei ſuſtinuerũt cũ ex paucis quottidie aliq eoꝝ caderẽt:aut uulne oppugna
rarent̃:& q ſuparent:feſſi & corporibus & aĩs eſſent:romani nocte p arcẽ:quã cyatiden uocant:nam urbs tio
in mare deuexa in occidentẽ uergit:muro ſuperato ĩ foꝝ p̄uenerunt. Samei poſteaq̃ captã partẽ urbis ab
hoſtibus ſenſerunt:cũ cõiugibus ac liberis in maiorẽ refugerũt arcem:inde poſtero die dediti:direpta urbe
ſub corona oẽs uenierũt. Cõſul cõpoſitis rebus Cephaleniæ p̄ſidio ĩpoſito ĩ Peloponneſum iamdiu accer
ſentibus egienſibus maxime ac lacedæmoniis traiecit:Egiũ a principio achaici cõcilii ſemp conuẽtus gen
tis indicti ſunt:ſeu dignitati urbis id:ſeu loci opportuniati datũ ẽ:hunc morẽ Philopœmenes in eo primũ
anno labefactare conatus:legẽ parabat ferre:ut in oĩbus ciuitatibus:q̃ achaici cõcilii cẽnt:inuicẽ conuẽtus
agerent̃:& ſub aduentnm cõſulis Demiurgis ciuitatũ qui ſũmus ẽ magiſtratus Egiũ euocantibus( Philo-
pœmenes p̄tor tum erat )Agros conuẽtũ edixit:quo cum appareret oẽs fere cõuẽturos: conſul quoq; q̃q̃
egienſium fauebat cauſæ:Agros uenit:ubi cũ diſceptatio fuiſſet:& rem inclinatam cerneret:incepto deſtitit
Lacedæmonii deinde eũ in ſua certamina auerterunt:ſollicitã eã ciuitatẽ exules maxĩe habebãt: quoꝝ per
magna p̄s in maritimis laconicæ oræ caſtellis:q̃ oẽs adepti:erãt habitabãt:id ægre patieutes lacedæmonii
ut aliquem libeꝝ ad mare haberent aditũ:ſiq̃do Romã alioue:quo mitterent legatos:ſimulq; ut empori-
um & receptaculũ peregrinis mercibus ad neceſſarios uſus eẽt:nocte adorti uicũ maritimũ noĩe Lamin im
prouiſo occupauere. Vicani quiq;:ibi exules habitant:primo inopinata re territi ſunt:deinde ſub lucem cõ
gregati leui certamine expulerunt lacedæmonios: terror tamen omnem maritimam oram peruaſit: lega
toſq; communiter & caſtella omnia uicique & exules:quibus ibi domicilia erant: ad achæos miſerunt.
Philopœmenes prætor iam inde ab initio exulum cauſæ & amicus & auctor ſemper achæis minuendi
opes & auctoritatem lacedæmoniorum concilium quærentibus dedit:decretumque referente eo factum
eſt:cum in fidem achæorum tutelamq;. T. Quintius & romani laconiæ oræ caſtella & uicos tradidiſſent
ut cũ abſtinere his ex fœdere Lacedæmonii deberẽt:Lamis uicus oppugnatus eẽt:cædeſq; ibi facta: q eius

Lacedæmonioꝝ deditio

rei auctores affineſq; eſſent:niſi dederentur achæis uiolatū uideri fœdus:ad expoſcendos eos legati extem-
plo Lacedæmonē miſſi ſunt:id īperiū adeo ſuperbum & indignū lacedæmoniis uiſum eſt:ut ſi antiquæ ci-
uitatis fortuna eēt:baud dubie arma extēplo capturi fuerint:maxīe autem conſternauit eos metus: ſi ſemel
primis imperiis obebiēdo iugū accepiſſent:ne id:qđ iádiu molireť. Philopœmenes exulibus Lacedæmo-
nem traderet. Purentes igitur ira triginta hoībus ex factione:cū qua cōcilioꝝ aliqua ſocietas Phylopœme
ni atq; exulibus erant:īterfectis:decreuerunt renunciandá ſocietatē achæis:legatoſq; extēplo Cephaleniam
mittendos:q conſuli. M. Fuluio quiq; romanis Lacedæmonem dederēt:orarētq; eū:ut ueniret in Pelopō-
neſum ad urbē Lacedæmonē in fidē dicionēq; po. ro. accipiendá. Id ubi legati ad achæos rettulerunt: om-
nium ciuitatū:quæ eius concilii erát,cōſenſu:bellū lacedæmoniis indictū eſt:ne extēplo gereť: hyems ipe-
diit:īcurſionibus tñ paruis latrocinii magis quá belli mō non terra tm̄:ſed ēt nauibus a mari fines eoꝝ ua
ſtati:hic tumultus conſulē Pelopōneſum adduxit:iuſſuſq; eius Helin cōcilio īdicto lacedæmonii ad diſce-
ptandū acciti. Magna ibi non diſceptatio mō:ſed ēt altercatio fuit:cui cōſulˀcū alia ſatis ambitioſe partem
utráq; fouendo incerta reſpondiſſet:una denunciatiōe ut,bello abſtinerent:donec Romá legatos ad ſenatū
miſiſſent:finē impoſuit. Vtrinq; legatio miſſa Romá eſt:exules quoq; lacedæmonioꝝ ſuá cám legatiouē-
q; achæis iniunxerunt. Diaphanes & Lycortas megalopolitani ambo principes legationis achæoꝝ fuerūt
q diſſidentes in republica tum quoq; minime īter ſe cōuenientes orationes habuerunt. Diaphanes ſenatui
diſceptationē oīum reꝝ pmittebat:eos optime cōtrouerſias īter achæos ac lacedæmonios finituros eē. Ly
cortas eſt pceptis Phylopœmenis poſtulabat:ut achæis ex fœdere ac legibus ſuis q̄ decreſſent:agere liceret:
libertatemq; ſibi illibatá:cuius ipſi auctores eēnt:præſtarent. Magnæ auctoritatis apud romanos tū gens
achæoꝝ erat:nouari tñ nihil de lacedemoniis placebat:cæteꝝ reſponſum ita perplexū fuit:ut & achæi ſibi
de Lacedæmone pmiſſum acciperent:& lacedæmonii non oīa conceſſa iis interpretarenť. Hac poteſtate im
modice achæi ac ſupbe uſi ſunt:Philopœmeni cōtinuatˀmagiſtratus:q ueris initio exercitu indicto:caſtra
in finibus lacedæmonioꝝ poſuit:legatos deinde miſit ad depoſcendos auctores defectionis: & ciuitatem ī
pace futurá:ſi id feciſſent:pollicens:& illos nihil idicta cá paſſuros. Silentium p metu cæteroꝝ fuit: quos
noīatim depopoſcerat:ipſi ſe ituros pfeſſi ſunt:fide accepta ab legatis uim abfuturam donec cám dixiſſent
ierunt alii ēt illuſtres uiri & aduocati priuatis:& qa ptinere cám eoꝝ ad rempublicá cenſebant. Nunquam
alias exules lacedæmonioꝝ achæi ſecū adduxerant in firmius:qa nihil æque alienatuꝝ aīos ciuitatis uide
bať:tunc exercitus totius prope anteſignani exules erant:ii uenientibus lacedæmoniis ad portam caſtrorū
agmine facto occurrerunt:& pīo laceſſere iurgiis:deinde altercatione orta cū accenderētur iræ: ferociſſimi
exulum impetum in lacedæmonios fecerunt. Cum illi deos & fidem legatorum teſtarentur:& legati præ-
tor ſummoueret turbas & ptegeret lacedæmonios:uinculaq; iam quoſdam iniicientes arceret:creſcebat tu
multus concitata turba. Et achæi ad ſpectaculum primo concurrerunt:deinde uociferantibus exulibus: q̄
paſſi forent:& orantibus opem:affirmantibuſq; ſimul nunq̄ talem occaſionem habituros: ſi eam præter-
miſiſſent:fœdus quod in capitolio:qđ Olympiæ:qđ in arce Athenis ſacratum fuiſſet:irritum per illos eē:
priuſq̄ alio de integro fœdere obligenť:noxios puniēdos eſſe:accēſa his uocibus multitudo ad uocē unius
q:ut ferirent:inclamauit:ſaxa coniecit:atq; ita. xvii. quibus uincula per tumultū iniecta erant:interfecti ſūt
lxiii. poſtero die comphenſi:a qbus ptor uim arcuerat:non qa ſaluos uellet:ſed qa perire cauſa īdicta nole
bat:obiecti multitudini iratæ cum auerſis auribus pauca locuti eſſent. damnati oēs:& traditi ſunt ad ſup-
plicium. Hoc metu iniecto lacedæmoniis imperatum primum:ut muros diruerent:deinde ut omnes ex-
terni auxiliares:q mercede apud tyrannos militaſſent:terra laconica excederent:tum uti:quæ ſeruitia tyrá-
ni liberaſſent:ea magna multitudo erat:ante diem certam abirent:qui ibi manſiſſent:eos præhendendi:uē-
Supplicium de lacedemōiiſ ſumptū dendi:abducendi achæis ius eſſet. Lycurgi leges moreſq; abrogarent:achæorum aſſueſcerent legibus inſti-
tutiſq;:ita unius eos corporis fore:& de omnibus rebus facilius conſenſuros. Nihil obedientius fecerunt.
quá ut muros diruerent:nec ægrius paſſi ſunt:q̄ exules reduci. Decretū Tegeæ in concilio cōi achæorum
de reſtituendis iis factū eſt:& mentione illata externos auxiliares dimiſſos:& lacedæmōiis aſcriptos:ita. n.
uocabant:q a tyrannis liberati erant:urbe exceſſiſſe in agros dilapſos:priuſq̄ dimitteretur exercitus:ire pto
rem cum expeditis:& compræhendere id genus hominum:& uendere iuræ prædæ placuit: multi comp-
henſi uenierunt:porta ex ea pecunia Megalopoli permiſſu achæoꝝ refecta eſt:quam lacedæmonii dirue-
rant. Ager belbinatis:quem iniuria tyranni lacedæmoniorum poſſederant:reſtitutus eidem ciuitati ex de-
creto uetere achæorum quod factum erat Philippo Amyntæ filio regnante. Per hæc uelut eneruata ciuitas
lacedæmoniorum diu achæis obnoxia fuit:nulla tamen res tanto erat damno:quam diſciplina Lycurgi:
M. Valerius meſſala. C. Liuius ſalinator cō. cui per octingentos annos aſſueuerant ſublata. A concilio ubi a conſule inter achæos lacedæmonioſq; di-
ſceptatum eſt. Marcus Fuluius quia iam in exitu annus erat: comitiorum cauſa profectus Romam crea-
uit conſules Marcum Valerium Meſſalam:&. C. Liuium Salinatorem. M. Aemylium Lepidum inimi-
cum eo quoq; anno petentem diſceſſiſſe tradunt. Prætores inde creati. Qu. Martius Philippus. M. Clau-
dius Marcellus. C. Stertinius. C. Catinius. P. Claudius pulcher. L. Manlius Accidinus. Comitiis perfe-
ctis conſulem. M. Fuluium in prouinciam ad exercitum redire placuit:eiq; & collegæ. Gn. Manlio im-
perium in annum prorogatum ē. Eo anno in ædem Herculis ſignum dei ipſius ex decēuiroꝝ reſponſo &
ſeiuges ī capitolio aurati ab. Gn. Cornelio poſiti conſulē dediſſe inſcriptum eſt:&. xii. clypea ærata ab ædi
libus curulibus. P. Claudio:&. P. Sulpicio Galba ſunt poſita:ex pecunia qua frumentarios ab annonam
compſſam dánarunt & ædilis plebis. Qu. Fuluius Flaccus duo ſigna aurata uno reo dánato:ná ſeparatim

accuſati erant: poſuit: collega eius. A. Cecilius neminem condemnauit: ludi romani ter: plebeii quinquies
toti inſtaurati. M. Valerius Meſſala inde & C. Liuius Salinator conſulatum idibus martiis cum iniſſent:
de republica: deqꝫ ꝓuinciis & exercitibus ſenatū cōſuluerunt. De Aetolia & Aſia nihil mutatum eſt: conſu
libus alteri Piſæ cum liguribus: alteri Gallia prouincia decreta ē: cōparare iter ſe aut ſortiri iuſſi: & nouos
exercitus binas legiones ſcribere: & ut ſociis latini noīs quinadenamillia peditum imperarēt & mille & du
centos eqtes. Meſſallæ ligures: Salinatori obtigit Gallia. Prætores inde ſortiti ſunt. M. Claudio urbana. P.
Claudio peregrina iuriſditio euenit. Qu. Martius Siciliam. C. Sertinius Sardiniam. L. Manlius Hiſpaniā
citeriorē. C. Catinius ulteriorē eſt ſortitus. De exercitibus ita placuit: e Gallia legiones: quæ ſub. C. Lellio
fuerant ad Marcū Tutiū proꝑtorē in Brutios traduci: & q in Sicilia eſſet: dimitti exercitum: & claſſem: q̄
ibi eſſet: Romā reduceret. M. Sempronius. Pro Hiſpanis legiones ſingulæ: q̄ tū in iis ꝓuinciis erant decre-
tæ: & ut ternamillia peditū ducenos eqtes ambo p̄tores ī ſupplemētū ſociis īparent: ſecūqꝫ trāſportarent.

Prouīcia-
rū ordina
tio

Priuſq̄ in ꝓuincias noui magiſtratus ꝓficiſcerent̄: ſupplicatio primo collegio decēuirorꝫ īperata fuit in
oībus compitis: qđ luce inter horam tertiā ferme & quartā tenebræ obortæ fuerant: & nouendiale ſacrifici
um indictum eſt: qđ in auētino lapidibus pluuiſſet. Campani cū eos ex ſenatuſconſulto: qđ priore anno
factum erat Romæ: cēſores cenſeri coegiſſent: nam antea incertū fuerat: ubi cenſerent̄: petierunt ut ſibi ciues
romanas ducere uxores liceret: & ſi q prius duxiſſent: ut habere eas: & añ eā diē nati uti iuſti ſibi liberi hæ
redeſqꝫ eſſent: utraqꝫ res impetrata. De formianis fundaniſqꝫ municipibus & arpinatibus. C. Valeri⁹ Tap
po tribunus plebis promulgauit: uti iis ſuffragii latio: nā ante ſine ſuffragio habuerant ciuitatē eſſet. Huic
rogationi quattuor tribuni plebis: qa nō ex auctoritate ſenatus ferret̄. cū intercederent: edocti populi eē nō
ſenatus ius ſuffragiū: qbus uelit impertiri: deſtiterunt īcœpto plata eſt: ut æmilia tribu formiani & fuu da
ni: in cornelia arpinates ferrent: atqꝫ in his tribubus tū primum ex Valerio plebiſcito cenſi ſunt. M. Claudi
us Marcellus cenſor ſorte ſuperato. T. Quintio luſtrum condidit: cenſa ciuiū capita. cclviii. m. ccc. viii. lu-
ſtro p̄fecto cōſules ī ꝓuincias ꝓfecti ſunt. Hyeme ea: qua hæc romæ geſta ſunt: ad. Gn. Manlium cōſulem

Ius ſuffra
gii ferēdi

primū: deinde ꝓconſulem hybernantē in Aſia legationes undiqꝫ ex oībus ciuitatibus gentibuſqꝫ: quæ cis
taurum montē incolunt cōueniebant: ſed ut clarior nobiliorqꝫ uictoria romāis de rege Antiocho fuit quā
de gallis: ita lætior ſociis erat de gallis: quā de Antiocho: tolerabilior regia ſeruitus fuerat quam feritas im
manium barbarorꝫ: incertuſqꝫ in dies terror: quo uelut tempeſtas eos populantes inferret: itaqꝫ ut quibus
libertas Antiocho pulſo pax gallis domitis data eſſet: nō gratulatum mō uenerant: ſed coronas ēt aureas ꝓ
ſuis quæqꝫ facultatib⁹ attulerant. Et ab Antiocho legati & ab ipſis gallis ut pacis leges dicerēt̄: & ab Aria-
rathe rege cappadocū uenerunt ad ueniā petendā: luendamqꝫ pecunia noxā qđ auxiliis Antiochum iuuiſ-
ſet: ei. cc. talenta argenti ſunt īperata: gallis reſponſum cū Eumenes rex ueniſſet tum daturꝫ iis legē: ciuitatū
legationes cū benignis reſponſis lætiores ēt: quā uenerant: dimiſſæ. Antiochi legati pecuniā in Pamphyliā
frumentūqꝫ ex pacto cū. L. Scipione fœdere iuſſi adu here: eo ſe cū exercitu uenturꝫ. Principio deinde ueris
luſtrato exercitu ꝓfectus die. viii. Apameā uenit: ibi triduum ſtatiuis habitis tertiis rurſus ab Apamea ca-
ſtris in Pamphyliam: quo pecuniā frumentūqꝫ regios cōuehere iuſſerat: ꝑuenit: mille & quingenta talen-
ta argenti accepta Apameā deportant̄: frumentū exercitui diuidit̄. Inde ad Pergamū ducit: q̄ una in iis lo-
cis regio tenebat̄ p̄ſidio: appropinquāti p̄fectus p̄ſidii obuius fuit. xxx. dierꝫ tp̄s petens ut regem Antio-
chū de urbe tradenda conſuleret: dato tp̄e ad eam diem deceſſit p̄ſidio & a Pergamo. L. Manlio fratre cum

Læta de
gallis ui
ctoria

quattuormillibus militū Oroanda ad reliquū pecuniæ ex eo: qđ pepigerant: exigendū miſſo: ipſe quia Eu
menē regē & decē legatos ab Roma Epheſum ueniſſe audierat: iuſſis ſeq Antiochi legatis Apameā exerci-
tū reduxit: ibi ex. x. legatorꝫ ſnīa fœdus ī hæc uerba cū Antiocho conſcriptum eſt. Amicitia regi cū Popu.
Ro. his legibus & cōditionibus eſto: ne quē exercitū: q cum Po. Ro. ſociiſue bellū geſturus erit rex ꝑ fines
regni ſui: eorumue: q ſub dicione eius erunt: tranſire ſinito: nec cōmeatu: neue qua alia ope iuuato: idē ro-
mani ſociiqꝫ Antiocho & iis: qui ſub impio eius erūt: p̄ſtent. Belli gerendi ius antiocho ne eſto cū illis: q ī
ſulas colūt: neue in Europā trāſeundi. excedito urbibus agris uicis caſtellis cis taurꝫ montē uſqꝫ ad Tanain
amnem: & ea ualle tauri uſqꝫ ad iuga: qua ī Lycaoniā uergit: neqꝫ arma afferto ex iis oppidis agris caſtelliſ
qꝫ: qbus excedat: quæ ſiqua extulit: quoqꝫ oportebit: recte reſtituito: ne militē: neue quē aliū ex regno Eu-
menis recipito: ſiq earꝫ urbiū ciues: quæ regno abſcedūt cū rege antiocho intraqꝫ fines eius regni ſunt. apa-
meā oēs ante diē certā redeant: q ex regno antiochi apud romanos ſocioſqꝫ ſunt: iis ius abeundi manendi-
qꝫ eſto. Seruos ſeu fugitiuos: ſeu bello captos: ſeu quiſlibet captus aut trāſfuga erit reddito romanis ſociiſ-
qꝫ: elephantos tradito oēs: neqꝫ alios parato: tradito & naues lōgas armamētaqꝫ earꝫ: neue plures q̄. x. na-
ues nulla plus q̄. xxx. remis agat̄: habeto: minorē ea belli cā qđ ipſe illatur⁹ erit: neue nauigato citra Calicā
drū: neue Sarpedoniū ꝓmōtoria: extra quā ſiqua nauis pecuniā ſtipēdiū aut legatos: ut obſides portabit.
Milites mercede cōducēdi ex iis gētibus: q̄ ſub dicione po. ro. ſunt Antiocho regi ius ne eſto: ne uoluntari
os qdē recipiendi. Quæ ædes ædificiaqꝫ ītra fines regni antiochi ſunt: quo iure ante bellū fuerunt: eo rho-
diorꝫ ſociorūue ſunto: ſiquæ pecuniæ debent̄: earꝫ exactio eſto: ſiqd ablatū ē: id cōquirēdi cognoſcēdi repe
tendiqꝫ ius eſto: ſiquas urbes: quas tradi oportet: ii tenēt: qbus antiochus dedit: ex iis p̄ſidia deducito: uti-
qꝫ recte tradant̄: curato. argēti ꝓbi. xii. millia attica talēta dato intra duodecim annos pēſionibus: æqs: ta
lentū ne minus pōdo. lxxx. romanis pōderibus pēdat: & tritici. xl. m. modiū. Eumeni regi talēta. ccl. ītra
quinquenniū dato: & ꝓ frumēto: qđ æſtimatione fiat talēta. cxxvii. Obſides romanis. xx. dato: & triēnio
mutato: ne minores octonū denū annorꝫ neu maiores qnū quadragenū. Siq ſociorꝫ Po. Ro. ultro bellum

inferrent Antiocho:uim ui arcendi ius eſto:dum nequã urbem aut belli iure teneat:aut in amicitiam acci-
piat:cõtrouerſias inter ſe iure ac iudicio diſceptent:aut ſi utriſqꝫ placebit bello. De annibale pœno: & æto-
lo Thoante:& Lyſimacho acarnane:& chalcidenſibus Eubulida & Philopœmene dedendis in hoc quoqꝫ
fœdere aſcriptum eſt:& ut ſi quid poſtea addi mutariue placuiſſet:ui id ſaluo fœdere fieret. Cõſul iura-
uit in hoc fœdus:ab rege q exigerẽt iuſiurandũ ꝓfecti. Qu. Minutius Thermus:&. L. Manlius q forte tũ
ab Oroandis rediit:&. Qu. Labeoni:q claſſi ꝑat:ſcripſit:ut Patara extẽplo ꝓficiſceret᷑: quæqꝫ ibi naues
regiæ eẽnt:cõcideret:tremaretqꝫ:Profectus ab Epheſo qnquaginta tectas naues aut cõcidit:aut incendit.
Thelmeſſum eadẽ expeditiõe territis ſubito aduentu claſſis oppidanis recepit:ex Lycia protinus iuſſis ab
Epheſo ſeq:qui ibi relicti erãt:ꝑ ĩſulas in Græciã traiecit. Athenis paucos moratus dies:dum Pyræum ab
Epheſo naues uenirent:totã inde claſſem in Italiã reduxit. Gn. Manlius cũ ĩter cætera:q̃ accipienda ab An-
tiocho erant:elephantos quoqꝫ accepiſſet:donoqꝫ Eumeni oẽs dediſſet:deinde cãs ciuitatum multis ĩter no-
uas res turbatis cognouit & Ariarathes rex parte dimidia pecuniæ ĩperatæ beneficio Eumenis: cui deſpon
derat filiam:per eos dies dimiſſa:in amicitiã ẽ acceptus. Ciuitatũ ãt cognitis cãis decem legati aliam aliaꝝ
fecerunt conditionẽ:quæ ſtipẽdiariæ regi Antiocho fuerant:& cum Po. Ro. ſenſerant:iis ĩmunitatem dede-

Ro. munificentia ĩ eumenẽ regem

runt:q̃ partiũ Antiochi fuerant aut ſtipendiariæ Attali regis:eas oĩs uectigal pendere Eumeni iuſſerũt:no-
minatim præterea colophoniis:qui in Notho habitant:& cymeis:& mileſenis ĩmunitatẽ conceſſerũt: cla-
zomeniis ſuꝑ ĩmunitatem & Doniſſam inſulã dono dederunt:& mileſiis:quem ſacrum appellant:agrum
reſtituerunt:& ilienſibus Rhoetium & Gergicũ addiderunt:nõ tam ob recentia ulla merita:quã originum
memoria:eadẽ & dardanũ liberãdi cã fuit. Chios quoqꝫ & ſmyrnæos & erithræos pro ſingulari fide:quã
eo bello ꝓſtiterunt:& agro donarunt:& in oĩ ꝑcipuo honore habuerunt. Phocenſibus & ager: quem ante

Vide ne gargaꝝ ſit legendũ lege phinium & ſtrabonẽ

bellum habuerant redditus:& ut legibus antiquis uterent᷑:ꝑmiſſum. Rhodiis affirmata:q̃ data priore de-
creto erant:Lycia & Caria data & uſqꝫ ad mæandrũ amnem ꝓter Meſſum. Regi Eumeni Cherſonneſum ĩ
Europa:& Lyſimachiam:& caſtella:uicos:agrum:quibus finibus tenuerat Antiochus:adiecerunt:in aſia
Phrygiam utrãqꝫ alterã ad Helleſpontum maiorẽ alterã uocant:& Myſiam:quã Pruſias rex ademerat: re-
ſtituerũt:ut Lucaniã:& Milyadam:& Lydiam:& noĩatim urbẽ Thrallis:atqꝫ Epheſum: & Telmeſſum.
De Pamphylia diſceptatũ inter Eumenis & Antiochi legatos cũ eſſet:qa pars eius citra pars ultra taurum ẽ
integra ad ſenatum reiicitur. His fœderibus decretiſqꝫ datis Mãlius cũ decẽ legatis omniqꝫ exercitu ad Hel-
leſpontũ profectus:euocatis eo regulis galloꝝ leges:qbus pacem cum Eumene ſeruarent:dixit: denuncia-
uitqꝫ:ut morem uagandi cũ armis finirent:agrorumqꝫ ſuoꝝ terminis ſe continerent. Contractis deinde ex
omni ora nauibus & Eumenis ẽt claſſe ꝑ Atheneum fratrẽ regis ab Elea adducta copias omnis in Euro-
pam traiecit:inde ꝑ Cherſonneſum modicis itineribus graue ꝑda oĩs generis agmẽ trahens Lyſimachiæ ſta-
tiua habuit:ut q̃ maxime recentibus & integris iumẽtis Thraciã:ꝑ quam iter uulgo horrebãt:ingrederet᷑.
Quo profectus eſt ab Lyſimachia die ad amnem melana:quẽ uocant:inde poſtero die ad Gypſæas perue-
nit:a Gypſæis uia fere decẽmilliũ ſilueris anguſta cõfragoſa excipiebat:ꝑꝑ cuius difficultatem itineris ĩ du-
as partes diuiſus exercitus:& præcedere una iuſſa:altera magno interuallo cogere agmen: media impedi-
menta interpoſuit:plauſtra cum pecunia publica erãt pretioſaqꝫ alia ꝑda. Itaqꝫ cum per ſaltum iret thracũ
decem haud amplius millia ex quattuor populis Aſtu & Corneli ad ipſas anguſtias uiam circunſederũt:
opinio erat non ſine Philippi regis macedonum fraude id factum:eũ ſciſſe non alia quam per Thraciam
redituros romanos:& quantã pecuniã ſecum portarent in primo agmine imperator erat ſollicitus propter
iniquitatem locorum. Thraces nihil ſe mouerunt:donec armati tranſierunt:poſteaq̃ primos ſuperaſſe an-
guſtias uiderunt:poſtremos nondum aporopinquantes:impedimenta & ſarcinas inuadunt:cæſiſqꝫ custo-
dibus partim ea:quæ in plauſtris erant:diripere:partim ſub oneribus iumenta abſtrahere cœperunt. Vnde
poſteaquam clamor primũ ad eos:q iam ingreſſi ſaltum ſequebantur:deinde ẽt ad primum agmen ẽ per
latus:utriqꝫ in medium cõcurritur:& inordinatũ ſimul pluribus locis ꝓlium conſeritur. Thracas ꝑda ip-

Theaces latrocinãtiũ more ĩ Ro. impetũ faciunt

ſa impeditos oneribus:& plærosqꝫ:ut ad rapiendũ manus uacuas haberent:inermes ad cædem ꝓbet: Ro-
manos iniquitas locorum barbaris per calles notos occurſantibus & latentibus interdũ per cauas ualles ꝓ-
debant:ipſa ẽt onera plauſtraqꝫ:ut ſors tulit:his aut illis incõmode obiecta pugnantibus ĩpedimento ſunt
alibi prædo:alibi ꝑdæ uindex cadit:ꝓut locus iniquus æqſue his aut illis:ꝓut aĩus pugnantiũ ẽ:ꝓut nũe-
rus:alii pluribus:q̃ ipſi erãt:alii paucioribus occurrerãt:uaria pugnæ fortuna eſt: multi utrinqꝫ cadunt.
Iam nox appetebat. cũ prælio excedũt thraces non fuga uulneꝝ aut mortis:ſed qa ſatis prædæ habebant.
Romanoꝝ primum agmen extra ſaltũ circa tẽplum mẽdidiũ caſtra loco apto poſuit:pars altera ad cuſto-
diã impedimẽtoꝝ medio ĩ ſaltu duplici circũdata uallo manſit:poſtero die prius explorato ſaltu:quã mo-
uerent:primis ſe coniũgit. In eo ꝓlio cũ & impedimentoꝝ pars:& calonum:& milites aliquot:cũ paſſim

Qu. Minutii interitus

toto ꝓpe ſaltu pugnaretur:cecidiſſent. Qu. Minutii Thermi morte omiſſum eſt ĩceptum fortis ac ſtrenui
uiri. Eo die ad hebrum flumẽ peruentum eſt:inde enioꝝ fines præter. Apollinis geruntiũ:quẽ uocant ico-
læ:templũ ſuperãt. aliæ anguſtiæ circa Tympira excipiunt:hoc loco nomẽ ẽ:nec minus cõfragoſæ q̃ prio-
res:ſed qa nihil ſilueſtre circa eſt:ne latebras qdem ad inſidiandum præbent:huc ad eandẽ ſpem ꝑdæ thrã-
ſi gens & ipſa thracum cõuenere:ſed qa nudæ ualles:procul ut cõſpicerent᷑:anguſtias obſidẽtes efficiebant.
minus terroris tumultuſqꝫ fuit apud romanos:qppe & iniquo loco:prælio tamẽ iuſto acie aperta colla-
tis ſignis dimicandum erat:conferti ſubeuntes cum clamore ĩpetu facto primũ expulere loco hoſtes: dein-
de auertere:fuga inde cædeſque ſuis ipſos impedientibus anguſtiis fieri cœpta eſt. Romani uictores ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uicum maronitaꝝ. Salentum appellant: poſuerunt caſtra: poſtero die parenti itinere priaticus campus eos excepit: triduũq; ibi frumẽtum accipiẽtes manſerunt: partim ex agris maronitaꝝ conferentibus ipſis: partim ex nauibus ſuis: quæ cum oĩs generis cõmeatu ſequebant᷑. Ab ſtatiuis diei uia Appolloniã fuit: inde ꝑ abderitaꝝ agrum Neapolin ꝑuentũ eſt: hoc oẽ ꝑ græcoꝝ colonias pacatum iter fuit: reliquũ inde ꝑ medios thracas dies noctesq;: & ſi nõ infeſtum: tñ ſuſpectũ: donec in Macedoniã ꝑueneunt. Mitiores thracas idem exercitus: cũ a Scipione eadẽ uia duceretur: habuerat: nullã ob aliam cãm qđ ꝑdæ minus qđ peteretur: fuerat q̄q̄ tũ quoq; Claudius auctor eſt ad q̄ndecĩmillia thracũ præcedenti ad explorãda loca agmini Mudini numidæ occurriſſe: quattuor centũ equites fuiſſe numidas: paucos elephantos. Mudinis filiũ ꝑ medios hoſtiũ cum centum q̄nquaginta delectis equitibus perrupiſſe: eundem cũ mox Mudines iã medio elephãtis collocatis: in cornu eq̄tibus diſpoſitis: manum cũ hoſte cõſeruiſſet: terrorem ab tergo ꝑbuiſſe atq; inde turbatos equeſtri uelut ꝓcella hoſtis ad peditũ agmen nõ acceſſiſſe. Gn. Manlius ꝑ Macedoniam in Theſſaliã exercitum traduxit: inde ꝑ Epirũ Apolloniã cum ꝑueniſſet: nondũ ab hyberno contẽpto mari ut traiicere auderet. Apolloniæ hybernauit. Exitu prope anni. M. Valerius conſul ex liguribus ad magiſtratus ſubrogandos Romã uenit: nulla memorabili in ꝓuincia geſta re: ut ea ꝓbabilis moræ cã eſſet: qđ ſolito ſerius ad comitia ueniſſet. Comitia cõſulibus rogãdis fuerũt ad. xii. calẽdas Martias: creati. M. Aemylius Lepidus. C. Flaminius: poſtero die ꝑtores facti. Ap. Claudius Pulcher: Seruius Sulpicius Galba. Qu. Terentius Culeo. Qu. Terentius Meſſalla. Qu. Fuluius Flaccus. M. Furius Craſſus. Comitiis perfectis: quas ꝓuincias ꝑtoribus eẽ placeret: rettulit ad ſenatũ conſul. Decreuerunt duas Romæ iuris dicendi cã: duas extra Italia Sicilia & Sardiniã: duas in Italiã Tarentũ & Galliã: & extẽplo priuſquã inirent magiſtratũ: ſortiri iuſſi. Ser. Sulpicius urbanã. Qu. Terentius peregrinã ẽ ſortitus. L. Terẽtius Siciliam. Qu. Fuluius Sardiniã. M. Claudius Tarẽtum. M. Furius Galliã. Eo anno. L. Minutius Myrtillus: &. L. Mãlius: qđ legatos Carthaginenſes pulſaſſe dicebant᷑: iuſſu. M. Claudii prætoris urbis ꝑ fœciales traditi ſunt legatis: & Carthaginẽ aduecti. In liguribus magni belli & gliſcentis in dies magis fama erat: itaq; conſulibus nouis: quo die de ꝓuinciis & de repu. rettulerant: ſenatus utriq; ligures ꝓuinciã decreuit. Huic ſenatꝰ conſulto Lepidus cõſul intercedebat: indignum eſſe ꝑdicans conſules ambos in ualles ligurũ ĩcludi. M. Fuluiũ: &. Gn. Manliũ triennium iã alteꝝ in Europa: alteꝝ in Aſia uelut pro Philippo atq; Antiocho ſubſtitutos regnare. Si exercitus in his terris eſſe placeat: cõſules iis potius quam priuatos preeſſe oportere: uagari eos cum belli terrore per nationes: quibus bellum indictum non ſit: pacem ꝑtio uendicantes: ſi eas ꝓuincias exercitibus obtinere opus eſſet: ſicut. M. Attilio. L. Scipioni cõſulibus. M. Fuluius & Gn. Mãlius ſucceſſiſſent conſules: ita Fuluio Manlioq;. C. Liuium &. M. Valerium cõſules debuiſſe ſuccedere. Nunc certe perfecto ætolico bello: recepta ab Antiocho Aſia: deuictis gallis: aut conſules ad exercitus conſulares mitti: aut reportare legiones inde reddiq; tandem reip. debere. Senatus his auditis in ſnĩa ꝑſeuerauit: ut conſulibus ambobus ligures ꝓuincia eẽt: Manlium Fuluiũq; decedere de ꝓuinciis: & exercitus inde deducere ac redire Romã placuit. Inimicitiæ inter. M. Fuluiũ &. P. Aemyliũ cõſulẽ erant: & ſuper cætera Aemylius ſerius biẽnio ſe conſulẽ factũ. M. Fuluii opa dicebat: itaq; ad inuidiam ei faciendã legatos ambracienſes ĩ ſenatum ſubornatos criminibus introduxit: qui ſibi cum in pace eſſent imꝑata: quæ prioribus conſulibus feciſſent: & eadẽ ꝑſtare obedienter. M. Fuluio parati eſſent: bellũ illatũ queſti: agros primũ depopulatos: terrorẽ direptionis & cædis urbi iniectum: ut eo metu claudere cogerent᷑ portas: obſeſſos deinde & oppugnatos ſe & oĩa alia exẽpla belli habita ĩ ſe: cedibus: incendiis: ruinis: direptione urbis coniuges: liberos in ſeruitium abſtractos: bona adempta: & qđ ſe ante oĩa moueat: templa tota ſpoliata ornamẽtis: ſimulacra deum deos imo ipſos conuulſos ex ſedibus ſuis: ablatos eſſe parietes poſteſq; nudatos: quos adorent: ad quos ꝑcentur: & ſupplicent ambracienſibus nõ ſupereſſe. Hæc q̄rentes interrogando criminoſe excompoſito cõſul ad plura uelut nõ ſua ſponte dicenda eliciebat. Motis patribus alter conſul. C. Flaminius. M. Fuluii cãm excepit: q ueterem & obſoletã uiã ingreſſos dixit: ſic Marcũ Marcellũ a ſyracuſanis: ſic Quintium Fuluiũ a campanis accuſatos: quin eadẽ opa. T. Quintiũ a Philippo rege: Marcũ Attiliũ &. L. Scipionem ab Antiocho. Gn. Manliũ a gallis: & ipſum Fuluiũ ab ætolis & Cephaleniæ populus accuſari paterẽtur: Ambraciã oppugnatã & captã: & ſigna inde ornamentaq; ablata: & cætera facta: quæ captis urbibus ſolent: negatuꝝ aut me pro. M. Fuluio: aut ipſum. M. Fuluiũ cẽſetis patres cõſcripti: cũ ob has res geſtas triũphũ a uobis poſtulaturus ſit. Ambraciã captã ſignaq;: quæ ablata criminantur: cætera ſpolia eius urbis ante currũ laturus & fixurus ĩ poſtibus ſuis: nihil ẽ: qđ ſe ab ætolis ſeparent: eadẽ ambraciẽſiũ & ætoloꝝ cã eſt. Itaq; collega meus uel ĩ alia cã inimicitias exerceat: uel in hac utiq; ſi mauult: retineat Ambracienſes. ſuos in aduentũ. M. Fuluii: ego nec de ambraciẽſibus: nec de ætolis decerni q̄cq̄ abſente. M. Fuluio patiar. Cũ Aemylius callidã maliciã inimici uelut oĩbus notã ĩſimularet: & tp̄s eũ morãdo extracturum diceret: ne cõſule inimico Romã rediret: certamine cõſulũ biduũ aſſumptum ẽ: nec ꝑſente flaminio decerni quicq̄ uidebat᷑ poſſe: capta occaſio ẽ: cũ æger forte Flaminius abeſſet: & referente Aemylio ſenatuſcõſultũ factum eſt: ut ambracienſibus oẽs ſuæ res redderentur: in libertate eẽnt: ac legibus ſuis uterent᷑: portari ea: quæ uellent: terra mariq; caperent: dum eoꝝ ĩmunes romani ac ſocii latini nominis eſſent: ſigna aliaq; ornamẽta quæ quærerent᷑: ex ædibus ſacris ſublata eẽt: de iis cum. M. Fuluius Romã reuertiſſet: placere ad collegium pontificũ referri: & quod ii cenſuiſſent fieri: neq; his contẽtus cõſul fuit: ſed poſtea per ĩfrequentiam adiecit ſenatuſconſultum ambraciam non uideri ui captam eſſe. Supplicatio inde ex decẽuirorum decreto pro ualitudine populi fuit per triduum: quia grauis peſtilentia urbem atque agros uaſtabat. Latinæ inde fue

M. Aemylius Lepydus. C. Flaminiꝰ conſ.

Fuluiꝰ ab Ambracienſibus apud ſenatũ accuſat᷑

Att᷑. ſenatuſcõſultũ ꝓ ambracienſibus

runt. Quibus religionibus liberati conſules & delectu profecto nouis enim uterqꝫ maluit uti militibus in prouinciam profecti ſunt: ueteresqꝫ omnes dimiſerunt. Poſt conſulum profectionem. Gn. Manlius ꝓconſul Romā uenit: cui cum ab Ser. Sulpicio prætore ſenatus ad ædē Bellonæ datus eēt: & ipſe cōmemoratis rebus ab ſe geſtis poſtulaſſet: ut ob eas diis īmortalibus honos haberetur: ſibiqꝫ triumphanti urbem inuehi liceret: contradixerūt pars maior decē legatoꝝ: qui cū eo fuerāt: & ante alios. L. Furius Purpurio: &. L. Aemylius Paulus. Legatos ſeſe. Gn. Manlio datos pacis cū Antiocho faciēdæ cā fœderiſqꝫ: & legum: quæ cū. L. Scipione inchoatæ fuiſſent: perficiendaꝝ. Gn. Manlium ſūma ope tetendiſſe ut eā pacem turbaret: & Antiochū ſi ſui poteſtatem feciſſet: Inſidiis exciperet: ſed illum cognita fraude conſulis cum ſæpe colloquiis petitis captus eſſet: non congreſſum modo: ſed conſpectum ē̄t eius uitaſſe. Cupientem tranſire Taurum ægre oīum legatoꝝ ꝑcibus: nec carminibus Sybillæ ꝑdictā ſuperantibus terminos fatalis cladem experiri uellet retentum: admouiſſe tn̄ exercitum: & ꝓpe ipſis iugis ad diuortia aquaꝝ caſtra poſuiſſe: cum nullā ibi cām belli inueniret quieſcentibus regiis: circūegiſſe exercitum ad gallogræcos: cui nationi non ex ſenatꝰ auctoritate: non ex populi iuſſu bellum illatū: q̄d quē unquā de ſua ſnīa facere auſum? Antiochi Philippi Annibalis & pœnoꝝ recentiſſima bella eſſe: de oībus his conſultū ſenatum: populum iuſſiſſe: ſæpe legatos ante miſſos: res repetatis: poſtremo q bellū indicerēt: miſſos. Quid eoꝝ. Gn. Manli factum ē̄ ut iſtud publicum Po. Ro. bellū & non tuū priuatum latrociniū dicamus? An eo ipſo cōtētus fuiſti? recto itinere duxiſti exercitū ad eos: quos tibi hoſtes aſſumpſeras? an per oīs anfractus uiaꝝ cum uia conſiſteres? ut quo flexiſſet agmen Attalus Eumenis frater: eo conſul mercænarius cū exercitu romano ſeq̄ris? Pyſidiæ Lycaōiæ & Phrygiæ receſſus omnes atqꝫ angulos peragraſti: ſtipem a tyrānis caſtellaniſqꝫ deuiis colligens. Quid. n. tibi cum Orandis? Quid cum aliis æque innoxiis populis? bellum autē ipſum: cuius nomine triumphū petis: quomodo geſſiſti? loco æquo tempore tuo pugnans? Tu uero recte: ut diis immortalibus honos habeatur: poſtulas primū: quod pro temeritate imperatoris nullo iure gentium bellum inferentis pœnas luere exercitum noluerunt: deinde q̄d bælluas non hoſtes nobis obiecerunt. Nolite nomen tantum extimare mixtum eſſe gallogræcoꝝ: multo ante & corpore & animo mixti ac mutati ſunt: an ſi illi galli eſſent: cum quibus milies uario euentu in Italia pugnatū eſt: quantū in imperatore noſtro fuit: nuncius illinc rediſſet? bis cum iis pugnatum ē: bis loco iniquo ſubiit: in ualle inferiore pedibus pene hoſtium aciem ſubiecit: ut non tæla ex ſuperiore loco mitterent: ſed ſi corpora ſua uuda iniicerent: obruere nos potuerunt: q̄d igitur incidit? magna fortuna Po. Ro. eſt magnum & terribile nomē recenti ruina Annibalis: Philippi: Antiochi: ꝓpe attoniti erant tantæ corporum moles: fundis ſagiptiſqꝫ in fugam conſternati ſunt: gladius in acie cruentatus nō eſt gallico bello: uelut auium examina ad crepitum primū miſſilium auolauere: at hercule idem

Gn. Manlii oratio

nos admonente fortuna. Quid: ſi hoſtem habuiſſemus: caſuꝝ fuiſſet? cum redeuntes in latrūculos thracas incidiſſemus cæſi: fugati: exuti impedimentis ſumus. Q. Minutius Thermus ī quo haud paulo plus dāni factum eſt: quam ſi. Gn. Manlius: cuius temeritate ea clades inciderat: periſſet: cum multis uiris fortibꝰ cecidit exercitus ſpolia regis Antiochi referens trifariam diſſipatus: alibi primum: alibi poſtremum agmē alibi impedimenta inter uepres in latebris ferarum noctem unā delituit: pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiæqꝫ foret acceptum: de quibus hoſtibus triumphum peteres? de iis ut opinor: quos tibi hoſtes ſenatus aut Po. Ro. dediſſet: ſic huic. L. Scipioni: ſic illi. M. Attilio de rege Antiocho: ſic paulo ante. T. Quintio de rege Philippo: ſic. P. Africano de Annibale: pœnis & Syphace triumphꝰ datus: & minima illa cū iam ſenatus cenſuiſſet bella q̄ſita tamen ſunt: q̄bus nunciādum eēt: ipſis utiqꝫ regibꝰ nunciarent? an ſatis eēt ad ꝑſidium aliq̄d nunciari. Vultis ergo hæc oīa pollui & confundi? tolli fœcialia iura? nullos eē fœciales? fiat pace deū dixerim: iactura religionis: obliuio deoꝝ capiat pectora ueſtra: num ſenatum quoqꝫ de bello cōſuli nō placet? non referri uelint: iubeant ne cum gallis bellū geri? modo certe cōſules Græciam atqꝫ Aſiam nolebāt: tamen ꝑſeuerantibus uobis ligures ꝓuinciam decernere dicto obiediētes fuerunt: merito ergo a uobis ꝓſpere bello geſto triūphum petent: q̄bus auctoribus geſſerunt. Talis oratio furii & Aemylii fuit. Manlium in hunc maxime modum reſpondiſſe accepimus. Tribuni plebis antea ſolebant: triumphum poſtulantibus aduerſari patres conſcripti: q̄bus ego gratiam habeo: q̄d ſeu mihi ſeu magnitudini rerum geſtarum hoc dederunt: ut nō ſolum ſilētio comprobarent honorem meum: ſed referre etiam: ſi opus eſſe uideretur: parati eſſent: ex decē legatis ſi diis placet: quod conſilium diſpenſandæ cohoneſtandæqꝫ uictoriæ imperatoribus maiores dederunt noſtri aduerſarios habeo. L. Furius: &. L. Aemylius currum triumphalem me conſcendere prohibent: coronam inſignem capiti detrahunt: quos ego ſi tribuni me triumphare prohiberent: teſtes citaturus fui rerum a me geſtarum: Nullius equidem inuideo honoris: uos tribunos plebei nuper uiros fores ac ſtrenuos impedientes. Qu. Fabii Labeonis triumphum auctoritate ueſtra deterruiſtis. triumphauit quē non bellum iniuſtum geſſiſſe: ſed hoſtem omnino nō uidiſſe animi iactabant: ego: qui cum cētum millibus ferociſſimorum hoſtium ſignis collatis totiens pugnaui: qui plus. xl. millia hoīum cepi: aut occidi: qui bina caſtra eoꝝ expugnaui: qui citra iuga tauri omnia pacatiora: quam terra Italia eſt: reliqui: non triumpho modo fraudor: ſed cauſam apud uos patres conſcripti accuſantibus ipſe legatis dico. Duplex eoꝝ: ut animaduertiſtis. P. C. accuſatio fuit: nam nec gerendum

Conſultatio

mihi fuiſſe bellum cum gallis: & geſtū temere atqꝫ impudenter dixerunt: non erant galli hoſtes: ſed tu eos pacatos imperata facientes uiolaſti: non ſum poſtulaturus a uobis. P. C. ut quæ communiter de īmunitate gentis gallorum: de infeſtiſſimo odio in nomen romanum ſcitis: ea de illis quoqꝫ: qui terras has incolunt: exiſtimetis gallis: remota uniuerſæ gentis infamia atqꝫ īuidia per ſeipſos æſtimate. Vtinam rex Eume

Legati. Gn. Manliū apud ſenatū criminant

nes:utinam Aſiæ ciuitates omnes adeſſent:& illos potius querentes:quã me accuſantem audiretis:mitite
agedum legatos circa Aſiam ad omnes urbes:& querite utrum a grauiori ſeruitute Antiocho ultra tauri
iuga moto:an gallis ſubactis liberati ſint:quotiens agri eorum uaſtati ſint:quotiẽs prædæ abactæ referam
cũ uix redimendi captiuos copias eſſe:& mactatas humanas hoſtias:ĩmolatoſq; liberos ſuos audirẽt. Sti
pendium ſcitote pependiſſe ſocios ueſtros gallis:& nunc liberatos p uos regio impio fuiſſe penſuros: ſi a
me foret ceſſatum:quo longius Antiochus emotus eſſet:hoc ĩpotentius ĩ Aſia galli dominarẽtur:& qcqd
eſt terrarum circa tauri iuga gallorum:ĩperio nõ ueſtro adieciſſetis:At enĩ ſunt hæc ita? uerũ ẽt Delphos
quondam commu ne humani generis oraculũ umbiculũ orbis terrarũ galli ſpoliauerunt:nec ideo popu-
lus romanus his bellũ indixit:aut ĩtulit. Equidem aliquid intereſſerebar ĩter id tp̃s:quo nondum ĩ iure ac
dicione ueſtra Græcia atq; Aſia erat:curandũ animaduertendumq; quid in his terris fieret:& hoc quo fi
nem ĩperii romani tauꝝ montẽ ſtatuiſtis:quo libertatẽ ĩmunitatẽue ciuitatibus datis:quo aliis fines adi-
icitis:alias agro mulctiatis: uectigal ĩponitis:regna augetis:minuitis:donatis:adimitis:curæ ueſtræ cẽſe-
tis eẽ:ut pacẽ terra mariq; habeãt. An niſi p̃ſidia deduxiſſet Antiochus:quæ qeta ĩ ſuis partibꝰ erãt: nõ pu
taretis liberatã Aſiã? ſi galloꝝ exercitus effuſi uagarẽt? rata dona ueſtra:quæ dediſtis regi Eumeni: rata li-
bertas ciuitatibus eſſet? Sed qd ego hæc ita argumẽtor tamq̃ nõ acceperĩ:ſed defecerim hoſtes gallos:te. L.
Scipio appello:cuius ego ĩperio ſuccedẽs ĩuicẽ ĩperii tui uirtutem fœlicitatẽq; pariter nõ fruſtra ab diis im
mortalibus p̃catus ſum:te. P. Scipio q legati ius collegæ maieſtatẽ:& apud fratrẽ cõſulẽ:& apud exercitũ
habuiſti:ſcitiſne ĩ exercitu Antiochi galloꝝ legiones fuiſſe? uideritis ĩ acie eos ĩ cornu utroq; id enim robo
ris eẽ uidebatur locatos? pugnaueritis ut cũ hoſtibus iuſtis? cecideritis ſpolia eorum retuleritis? Atq cum
gallis bellum neq; ſenatus decreuerat:neq; populus iuſſerat:ſed ſimul:ut opinor: cum his decreuerant iuſ
ſerantq;:qui intra eius præſidia fuiſſent:ex quibus præter Antiochum:cum quo pacem pepigerat Scipio:
& cum quo nominatim fœdus:ut fieret:mandaueratis omnes hoſtes: erant qui pro Antiocho arma ad-
uerſus nos tulerunt:in qua cauſa cum galli ante omnes fuiſſent & reguli quidam & tyranni:ego tamen &
cum aliis pro dignitaie imperii neſtri coactis luere peccata ſua pacem pepigi: & gallorum animos: ſi poſ-
ſent mitigari a feritate inſita temptaui:& poſteaquam indomitos atq; ĩplacabiles cernebam:tum demum Purgatio
ui atq; armis coercendos ratus ſum. Nunc quoniam ſuſcepti belli purgatum eſt crimen:geſti reddenda ẽ: cũ refuta-
ratio:in quo confiderem equidem cauſæ meæ etiam:ſi non apud romanum ſed apud carthaginenſem ſe- tiõe eorũ
natum agerem:ubi in crucem tolli imperatores dicuntur: ſi proſpero euentu paruo conſilio rem geſſerũt: q̃ obiecta
ſed ego in ea ciuitate:quæ ideo omnibus ĩcipiendis gerendiſque deos adhibet:quia nullius calumniæ ſu- ſunt.
biicit:ea quæ dii comprobauerunt: & in ſolemnibus uerbis habet:cum ſupplicationem aut triumphum
decernit:quod bene & feliciter rempu. adminiſtrarit: ſi nollem:ſi graue ac ſuperbum exiſtimarem uirtute
gloriari: pro felicitate mea exercituſq; mei quod tantam nacionem ſine ulla militum iactura deuicimus:
poſtularemq;:ut diis immortalibus honos haberetur:& ipſe triumphãs in capitolium aſcenderem: unde
uoris rite nuncupatis profectus ſum: negaretis hoc militiæ cum diis immortalibus? Iniquo enim loco
dimicaui. Dic igitur:quo æquiore potuerim dimicare: cum montem hoſtes cepiſſent:loco munito ſe te-
nerent? nempe eundum ad hoſtes erat:ſi uincere uellem:quid ſi urbem eo loco haberent:& mœnibus ſe te
nerẽt? nempe oppugnandi erant. Quid ad Thermopylas? æquone loco. M. Attilius cum rege Antio-
cho pugnauit? quid Philippum non eodem modo ſuper Aoum amnem iuga tenentem montium .T.
Quintius deiecit? equidem adhuc qualem aut ſibi fingant: aut nobis uideri uelint:hoſtem fuiſſe non in- Inuidiæ
uenio: ſi degenerem & emollitum amœnitate Aſiæ: quid periculi uel iniquo loco ſubeuntibus fuit? ſi ti- uitia.
mendum & feritate animorum & robore corporum:huicne tantæ uictoriæ triumphus negatis? Cæca in
uidia eſt patres conſcripti:nec quicq̃ aliud ſcit: quam detrectare uirtutes:corrumpere honores ac præmia
eorum:mihi:quæſo:ita ignoſcatis. P.C. ſi longiorem orationem non cupiditas gloriandi: ſed neceſſaria
criminum defenſio fecit. An etiam per Thraciam ſaltus patentes:qui anguſti erant: & plana exardnis: &
culta ex ſilueſtribus facere potui? & præſtare: ne quilibet ſub iis lateribus deliteſcerent latrones thraces:ne-
quid ſarcinarum reperetur? ne quo iumentum ex tanto agmine abſtraheretur nequis uulneraretur? ne ex
uulnere fortis uir ac ſtrenuus. Quintius Minutius moreretur? in hoc quoq; caſu in fœliciter incidit ut ta-
lem ciuem amitteremus:abhorret:quod ſaltu iniquo loco alieno cum adortus hoſtis nos eſſet:duæ ſimul
acies primi & nouiſſimi agminis hærentem ad impedimenta noſtra exercitum barbarorum circunuene-
runt: quod multa millia ipſo die:plura multo poſt dies paucos ceciderunt:& ceperunt:hoc ſi ipſi tacuerint
uos ſcituros: cum teſtis orationis meæ totus exercitus ſit:non credunt: ſi gladium in Aſia non ſtrinxiſſem
ſi hoſtem non uidiſſem: tamen triumphum in Thracia duobus præliis merueram. Sed iam dictum ſatis
eſt:quin pro eo quod pluribus uerbis:uos: quam uolui:fatigaui:ueniam a uobis petitam impetratam- Decernĩt
que uelim. P.C. Plus crimen eo die quam defenſio ualuiſſet:ni altercationem inſerum perduxiſſent: dimit Manlio
titur ſenatus in ea opinione: ut negaturus triumphum fuiſſe uideretur. Poſtero die & cognati amicique. triũphus
Gn. Manlii ſummis opibus annixi ſunt:& auctoritas ſeniorum ualuit negantium exemplum proditum Dies. P.
memoriæ eſſe: ut imperator qui deuictis perduellibus confecta prouincia exercitum reportaſſet:ſine curru Scipioni
& laurea priuatus inhonoratuſque urbem iniret. Hic pudor malignitatem uicit: triumphum frequentes dicitur
decreuerunt. Oppreſſit deinde mentiõem memoriamq; omnem contentionis huius maius & cum ma
iore uiro certamen ortum. P. Scipioni Africano ut Valerius Antias auctor eſt:duo. Petilii diem dixerunt.
Id prout cuiuſq; ingenium erat imperabantur:alii non tribunos plebis:ſed uniuerſam ciuitatem incuſa-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bant:quæ id pati poſſet:duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes
inuĕtas:Romam ingratiorem ſiquidem uicta Carthago uictũ Annibalem in exilium expuliſſet:Roma
uictrix uictorem Africanum expellat:Alii neminem unum tantum eminere ciuem debere:ut legibus in
terrogari non poſſit:nihil tam æquandæ libertatis eſſe quam potentiſſimum quenq; poſſe dicere cauſam
Aequãdæ quid aũt tuto cuiquã ne dum ſummam rempu. permitti: ſi ratio non ſit reddenda? qui ius æquum pati
libertatis non poſſit:in eum uim haud iniuſtam eſſe. Hæc agitata ſermonibus:donec dies dicendæ cauſæ uenit:nec
ratio alius ante quiſquã:nec ille ipſe Scipio conſul cenſorue maiore oĩs generis hoĩum frequentia:quã reus illo
die in forum eſt deductus. Iuſſus dicere cauſam ſine ulla criminum mẽtione:orationem adeo magnificam
de rebus ab ſe geſtis eſt exorſus:ut ſatis conſtaret neminem unq̃ neq; melius:neq; uerius laudatum eſſe:di
cebanť enim ab eodem animo ingenioq; a quo geſta erant:& aurium faſtidium aberat:quia pro periculo
non in gloriam referebanť. Tribuni plebis uetera luxuriæ crimina ſyracuſanoꝝ hybernoꝝ:& Locris ple
minianum tumultũ cũ ad fidem ꝑſentium criminum retuliſſent:ſuſpicionibus:magis:q̃ argumentis pe
cuniæ captæ reum accuſarunt:filium captũ ſine ꝑcio redditũ:oĩbuſq; aliis rebus Scipionẽ tanquã in eius
unius manu pax romana bellumq; eẽt:Antiocho cultũ:dictatorẽ eũ cõſuli nõ legatũ in prouincia fuiſſe:
nec ad aliam rem eo profectum quam ut id qđ Hiſpaniæ:Galliæ:Siciliæ:Africæ iampridem perſuaſum
eſſet:hoc Græciæ:Aſiæq;:& omnibus ad orientem uerſis regibus gentibuſq; appareret:unum hominem
caput columẽq; imperii romani eſſe:ſub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere nu
tus eius pro decretis patrum pro populi iuſſis eẽ:infamia ĩtactum:inuidia qua poſſunt urgent. Orationi
bus in noctem perductis:producta dies eſt:ubi ea uenit:tribuni in roſtris prima luce conſederunt:citatus
reus magno agmine amicorum clientiumq; per mediam concionem ad roſtra ſubiit:ſilentioq; facto.
Hoc:inquit:die tribuni plebis:uoſq; quirites cum Annibale & carthaginenſibus ſignis collatis in Africa
bene ac feliciter pugnaui:itaq; cum hodie litibus & iurgiis ſuperſederi æquum ſit:ego hinc extemplo in ca
pitolium ad Iouem Op. Max. Iunonemq; & Mineruam cæteroſq; deos:qui capitolio atq; arci præbdent:
ſalutandos ibo:hiſq; gratias agam:quod mihi & hoc ipſo die & ſæpe alias egregiæ gerendæ rei publicæ
mentem facultatemq; dederunt:ueſtrum quoq; quirites:qbus cõmodum ẽ:ite mecum:& orate deos:ut
mei ſimiles prĩcipes habeatis. Ita ſi ab annis ſeptẽdecim ad ſenectutẽ ſemper uos ætatem meã honoribus
ueſtris anteiſtis:ego ueſtros honores rebus gerendis præceſſi. Ab roſtris in capitolium aſcendit:ſimul ſe
uniuerſa concio auertit:& ſecuta Scipionem eſt:adeo ut uiatores tribunos relinquerẽt:nec cũ iis præter ſer
uilem comitatum & præconem:qui reum ex roſtris citabat:quiſq̃ eſſet. Scipio nõ in capitolio modo:ſed
per totam urbem oĩa templa deum cum populo ro. circũiit:celebratior iis prope dies fauore hominum
& æſtimatione ueræ magnitudinis eius fuit:q̃ quo triumphans de Sciphace rege & carthaginenſibus ur
bem eſt inuectus:hic ſpecioſus ultimus dies. P. Scipioni illuxit. Poſt quem cum inuidiam & certamina
Atť. Sci cum tribunis proſpiceret:die longiore producta in Liternum conceſſit certo conſilio:ne ad cauſam dicẽ
pionis co dam adeſſet:maior animus & natura erat ac maiori fortunæ aſſuetus:quam ut reus eſſe ſciret:& ſummit
mitatum miteret:ſe in humilitatem cauſam dicentium. Vbi dies uenit:citariq; abſens eſt cœptus. L. Scipio mor
bum cauſam eſſe:cur abeſſet:excuſabat:q̃ excuſationem cum tribuni:qui diem dixerant:non acciperẽt
& ab eadem ſuperbia non uenire ad cauſam dicendam arguerent:qua iudicium & tribunos plebis & con
cionem reliquiſſet:& quibus ius de ſe dicendæ ſententiæ & libertatem ademiſſet. iis comitatus:quo uelut
captos trahens triumphum populi romani egiſſet:ſeceſſionem eo die:quo in capitolium a tribunis plebis
feciſſet:habetis ergo temeritatis illius mercedem:quo duce & auctore nos reliquiſtis:ab eo ipſi relicti eſtis:
& tantum animorum in dies nobis decreſcit:ad quem antea exercitum & claſſem habentem tribuni ple
bis ædileſq; in Siciliam mittere auſi ſumus:qui præhenderent eum:& Romam reducerent:ad eũ priuatũ
ex uilla ſua trahendum ad cauſam dicendam mittere non audemus? Tribuni plebis appellati ab Lucio
Scipione:ita decreuerunt:ut ſi morbi cauſa excuſaretur:ſibi placere accipi eam cauſam:diemq; a colle
gis produci:tribunus plebis eo tempore Titus Sempronius Gracchus erat:cui inimicitiæ cum. P. Sci
pione intercedebant:iis cum uetuiſſet nomen ſuum decreto collegarum aſcribi:triſtioremq; omnes ſentẽ
tiam expectarent:ita decreuit:cum. L. Scipio excuſet morbum eſſe cauſam fratri ſatis id ſibi uideri:ſe.
P. Scipionem:priuſq Romam rediſſet:accuſari non paſſurum:tum quoq;:ſi ſe appellet:auxilio ei futurũ:
ne cauſam dicat:ad id faſtigium rebus geſtis honoribus populi ro. P. Scipionem deorum hoĩumq; cõſen
ſu perueniſſe:ut ſub roſtris reũ ſtare & præbere aures adoleſcentiũ conuitiis populo romano magis defor
me:q̃ ipſi ſit. Adiecit decreto indignationem ſub pedibus ueſtris ſtabit tribuni domitor ille Africæ Scipio?
ideo quattuor nobiliſſimos duces pœnoꝝ ĩ Hiſpania:quattuor exercitus fudit:fugauit:ideo Syphacẽ cœ
pit. Annibalẽ deuicit. Carthaginẽ uectigalẽ nobis fecit. Antiocho recepto eius fratre conſorte huius gloriæ
L. Cornelius Scipio ultra Tauri iuga emouit:ut duobus Petiliis ſuccũberet:ſuos de pace Africãi palmã pe
T. Sem teretis? nullis ne meritis ſuis nullis ueſtris honoribus ſenectus eoꝝ tõſidat?mouit & decretũ & adiecta ora
pronii tio non cæteros modo:ſed ipſos ẽt accuſatores & delibertaturos ſe qđ ſui iuris & officii eſſet? dixerunt Se
gracchi natus deinde cõcilio plebis dimiſſo:haberi ẽ cœptus:ibi gratiæ ingentes ab uniuerſo ordine ꝑcipue a cõſu
tri. ple. laribus ſenioribuſq;. T. Sempronio Gracho actæ ſũt:qđ rẽp. priuatis ſimultatibus potiorẽ habuiſſet:&
decretum Petilii uexati ſunt probris:qđ ſplendere aliena inuidia uoluiſſent:& ſpolia ex africano triumpho peterent
Silentium deinde de Africano fuit:uitam Literni egit ſine deſyderio urbis morientem rure eo ipſo
loco ſepeliri ſe iuſſiſſe ferunt:monumentumq; ibi ædificari:ne funus ſibi ĩ ingrata patria fieret:uir me

morabilis bellicis tamen quam pacis artibus memorabilior:cui par habita eſt materia ingenio:quo ad
primum conſulatum:ſecundo etiam ſi cenſuram adiicias:quid aſiatica legatio & ualitudine aduerſa inuti
lis:& filii caſu deformata? & poſt reditum neceſſitas aut ſubeundi iudicii aut ſimul cum patria deferendi?
punici tamen belli perpetrati quo nullum neq3 maius:neq3 periculoſus romani geſſere: unam præcipuā
gloriaam tulit. Morte Africani creuere inimicorum animi:quorū princeps fuit. M. Portius Cato qui ui-
uo quoq3 eo allatrare eius magnitudinem ſolitus erat. Hoc auctore exiſtimantur Petilii & uiuo Africano
reo cauſam ingratam:& mortuo rogationem promulgaſſe. Fuit aūt rogatio talis. Velitis iubeatis: quæ-
ratur:quæ pecunia capta:ablata:coacta ab rege Antiocho eſt:quiq3 ſub eius imperio fuerunt:quod æs ī
publicum relatum non eſt:uti de ea re Ser. Sulpicius prætor urbanus ad ſenatum referat:quem eam rem
uelit ſenatus quærere de iis: qui prætores nunc ſunt. Huic rogationi primo. Qu. & L. Nummi intercede
bant:ſenatum quærere de pecunia non relata in publicum ita ut antea ſemper factum eſſet:æquum cenſe-
bant. Petilii nobilitatem & regnum in ſenatu Scipionum accuſabāt. L. Purpurio conſolaris qui in decem
legatis in Aſia fuerat:latius rogandum cenſebat:non quæ ab Antiocho modo pecuniæ captæ forent ſed
quæ ab aliis regibus gentibuſque. Gn. Manlium inimicum inceſſerent. Et. L. Scipio:quem magis pro ſe:
quam aduerſus legem dicturum apparebat:diſſuaſor ꝓceſſit. Is poſt mortē. P. Africani fratris uiri oīum
fortiſſimi clariſſimique eam exortam rogationem eſt conqueſtus:parum enim fuiſſe non ludari pro ro-
ſtris. P. Africanum:poſt mortem niſi etiam accuſaretur:& carthaginenſes exilio Annibalis contentos eē:
populum romanum ne morte quidem. P. Scipionis exatiari:niſi ipſius fama ſepulti laceretur:& frater in
ſuper acceſſione inuidiæ mactetur. M. Cato ſuaſit rogationem:extat & oratio eius de pecunia regis Antio
chi:& Nummios tribunos auctoritate deterruit:ne aduerſarentur rogationi. Remittentibus ergo his in-
terceſſionem omnes tribus:uti rogaſſet:iuſſerunt. Seruio Sulpicio deinde referente:quem rogationem Pe-
tilii quærere uellent. Quintū Terentium Culleonem patres iuſſerunt. Alii hunc prætorem adeo amicum
Corneliæ familiæ ut qui Romæ mortuum elatumque. P. Scipionem:eſt enim ea quoque fama: tradunt
pilleatum ſicut in triumpho ierat:in funere quoque ante lectum iſſe memoriæ prodiderunt:& ad portā
capenam mulſum proſecutis funus dediſſe. Quod ab eo inter alios captiuos in Africa ex hoſtibus recepꝰ
eſſet. Alii adeo inimicum eundem ut propter inſignem ſimultatem:ab ea factione:quæ aduerſa Scipioni-
bus erat: delectus ſit potiſſimum ad queſtionem exercendam. Cæterum ad hunc nimis æquum aut ini-
quum prætorem reus ex templo factus. L. Scipio:ſimul & delata & recepta nomina legatorum eius. A.
& L. Hoſtiliorum Catonum:& C. Furii Leonis quæſtoris: & ut omnia contracta ſocietate peculatus ui
derentur ſcribæ quoq3 duo & accenſus. L. Hoſtilius & ſcribæ & accenſus priuſquam de Scipione iudi-
cium fieret:abſoluti ſunt. Scipio & Hoſtilius legatus & C. Furius damnati:quo commodior pax Antio
cho daretur. Sciponem ſexmillia pondo auri quadringentum octoginta argenti plus accepiſſe: quam in
ærarium rettulerat. A. Hoſtilium. lxxx. pondo auri:& argenti. cccc. iii. pondo. Furium quæſtorem auri
centum trignta argenti. cc. pondo:has ego ſummas auri & argenti relatas apud: antiatem inueni. In. L.
Scipione malim equidem librarii mendum:quam mendatium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atq3 argen
ti ſimilius enim ueri eſt argenti: quam auri maius pondus fuiſſe:& potius quadragies:quam ducenties
quadragies litem æſtimatam: eo magis quod tantæ ſummæ rationem etiam ab ipſo requiſitam eſſe. P.
Scipione in ſenatu tradunt: librumq3 rationis eius cum. L. fratrem afferre iuſſiſſet. inſpectante ſenatu ſuis
ipſum manibus compreſſiſſe: indignatum:quod cum bis millies in ærarium rettuliſſet:quadragies ratio
ab ſepoſceretur. Ab eadem fiducia animi cum quæſtores pecuniam ex ærario contra legem promere non
auderent: popoſciſſe claues:& ſe aperturum ærarium dixiſſe:qui:ut clauderetur:feciſſet. Multa alia in Sci
pionis exitu maximæ uitæ dieq3 dicta morte funere ſepulcro in diuerſum trahunt:ut cui famæ: quibus
ſcriptis aſſentiar:non habeam:non de accuſatore conuenit:alii. M. Nauium:alii Petilios diem pixiſſe ſcri
bunt:non de tempore: quo dicta dies ſit:non de anno: quo mortuus ſit aut elatus:alii Romæ:alii Literni
& mortuum & ſepultum:utrobique monumenta oſtenduntur & ſtatuæ: nam & Literni monumentum
monumentoque ſtatuta ſuper impoſita fuit: quam tempeſtate diſiectam nuper uidimus ipſi: & Romæ
extra portam capenam in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt duæ. P. & L. Scipinum dicuntur eſſe:
tertia poetæ. Quin. Ennii. Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum : ſed orationes quoque: ſi modo ip
ſorum ſunt: quæ feruntur:. T. Gracchi aberrant inter ſe: index orationis. P. Scipionis nomen. M. Nauii
tribuni plebis habet:ipſa oratio ſine nomine eſt accuſatoris: nebulonem modo:modo nugatorem appel
lat. Ne Gracchi quidem oratio: aut Petiliorum accuſatorum Africani:aut diei dictæ Africano ullam mē
tionem habet:alia tota ſerenda fabula eſt Gracchi orationi conueniens. Et illi auctores ſequendi ſunt: qui
cum. L. Scipio & accuſatus & damnatus ſit:pecuniæ captæ ab rege legatum in Ethruria fuiſſe africanum
tradunt:quo poſt famam de fratris caſu allatam:relicta legatione cucurriſſe eum Romam & cum a porta
recta ad forum ſe contuliſſet:quod in uincula duci fratrem iuſſum erat:reppuliſſe a corpore eius uiatorem
& tribunis retinentibus magis pie:quam ciuiliter uim feciſſe. Hæc enim ipſe Gracchus queritur diſſolu-
tam eſſe a priuato tribuniciam poteſtatem: & ad poſtremum cum auxilium. L. Scipioni polliceretur:adi
icit tolerabiliores exempli eē a tribuno plebis potius:quam a priuato uictam uideri & tribunitiam pote
ſtatem & remp. eſſe. Sed ita hanc unam impotentem eius iniuriam inuidia onerat:ut increpando quod
degenerauerit:tantum a ſeipſo cumulatas & ueteres laudes moderationis & temperantiæ pro repræhen-
ſione præſenti reddat: caſtigatum enim quondam ab eo populum ait:quod cum perpetuum conſulem

Att. rogationē inſcriptiōes

L. Scipionis dānatio.

Att. hiſtoriæ uarietatem.

& dictatorẽ uellet facere: ꝓhibuiſſe ſtatuas ſibi in comitio in roſtris: in curia: in capitolio: in cella iouis poni ꝓhibuiſſe ne decerneret: ut imago ſua triũphali ornatu e tẽplo Iouis optimi maximi exiret: hæc uel in laudatione poſita ingẽtem magnitudinẽ animi moderãdis ad ciuilẽ habitũ honoribus ſignificarẽt: q̃ exprobrãdo inimicus fateret. Huic Graccho minorem ex duabus filiabns (nam maior. P. Cornelio Naſicæ

Corneliæ nuptiæ

haud dubiea patre collocata erat) nuptã fuiſſe cõuenit: illud paꝝ conſtat utrũ poſt mortẽ patris & deſponſa ſit: & nupſerit: an ueræ illæ opiniones ſint: Gracchum: cũ. L. Scipio in uincula duceret: nec quiſquã collegaꝝ auxilio eẽt: iuraſſe ſibi inimicitias cũ Scipionibus: q̃ fuiſſent manere: nec ſe gratiæ q̃rendæ cã quicq̃ facere: ſed in quẽ carcerem reges & imꝑatores hoſtiũ ducentẽ uidiſſet. P. Africanũ: in eũ fratrẽ eius duci nõ paſſuꝝ. Senatũ eo die forte cœnãtem in capitolio conſurrexiſſe: & petiſſe ut ĩter epulas Graccho filiã Africanus deſpõderet: q̃bus ita in publicũ ſolẽne ſpõſalibus rite factis: cũ ſe domũ recepiſſet. Scipionẽ Aemyliæ uxori dixiſſe filiã ſe minorẽ deſpõdiſſe: cũ illa muliebriter ĩdignabũda nihil de cõi filia ſecũ conſulatum adieciſſet: nõ ſi. T. Graccho daret: expertẽ conſilii debuiſſe matrẽ eẽ: lætũ Scipionẽ tã cõcordi iudicio & ipſi deſponſam reſpõdiſſe. Hæc de tãto uiro: q̃q̃ & opiniõib⁹: & monumẽtis litteraꝝ uariarẽt, ꝓponẽda erãt Iudiciis a. Qu. Terẽtio ꝑtore ꝑfectis. Hoſtilius: & Furius damnati ꝑdes eodẽ die q̃ſtoribus urbanis dederũt. Scipio cũ cõtenderet: oẽm: q̃ accepiſſet: pecuniã ĩ ærario eẽ: nec ſe q̃cq̃ publici habere: ĩ uĩcula duci cœptus ẽ. Publius Scipio Naſica tribunos appellauit: orationẽq; habuit plenã ueris decoribus: nõ cõmuniter mõ corneliæ gẽtis: ſed ꝓpriæ familiæ ſuæ: Parẽtes ſuos &. P. Africani ac. L. Scipionis: q ĩ carcerẽ duceret: fuiſſe. Gn. &. P. Scipiones clariſſimos uiros: eos cũ ꝑ aliquot annos ĩ terra Hiſpania aduerſus multos pœnoꝝ hiſpanorũq; duces & exercitus nominis romani famã auxiſſent: nõ bello ſolũ: ſed q̃d romanæ tẽperãtiæ fideiq; ſpecimẽ illis gẽtibus dediſſent: ad extremũ ambo ꝓ po. ro. morte occubuiſſe. Cum illoꝝ tueri gloriã poſteris ſatis eẽt. P. Africanũ tantũ paternas ſuperauiſſe laudes: ut fidẽ fecerit: nõ ſanguine humano ſed ſtirpe diuina ſatũ ſe eẽ. L. Scipionẽ: de quo agat: ut q̃ ĩ Hiſpania: q̃ ĩ Africa cũ legatus fratris eẽt: geſſiſſet ꝑtereant: conſulẽ & ab ſenatu dignũ uiſum: cui extra ſortẽ Aſia ꝓuincia & bellũ cũ Antiocho rege decerneret: & a fratre: cui poſt duos cõſulatus cẽſuramq; & triumphũ legatus ĩ Aſiã iret ibi ne magnitudo & ſplẽdor legati laudibus conſulis officeret: forte ita ĩcidiſſe: ut quo die ad Magneſiã ſignis collatis. L. Scipio antiochũ deuiciſſet: æger. P. Scipio Eleæ dieꝝ eliquot uia abeſſet: nõ fuiſſe minorẽ eũ exercitum: q̃ Annibalis cum quo in africa eẽt pugnatũ. Annibalẽ eundẽ fuiſſe ĩter multos alios reges duces: q imperator punici belli fuerit. Dum & bellũ quidem ita geſtum eſſet: ut ne fortunam q̃dem quiſq̃ criminari poſſit: ĩ pace crimẽ q̃ri cauſam dici: ueniſſe huc decem legatos ſimul arguiq;: quoꝝ ex conſilio data pax eſſet: q̃n extitiſſe ex deẽ legatis: q. Gn. Mãliũ accuſarẽt: tamẽ nõ modo ad criminis fidẽ: ſed ne ad morã q̃dẽ triũphi cã accuſationẽ ualuiſſe. At hercule in Scipione ipſas leges pacis ut nimium accomodatas Antiocho ſuſpectas eſſe: integrũ. n. ei regnũ relictũ: oĩa poſſidere eũ uictum: q̃ ante bellũ eius fuerit: auri & argẽti uim magnam habuerit: nihil ĩ publicum relatũ oẽ in priuatũ uerſum: an ꝑter oĩum oculos tantũ auri argẽtiq; in triũpho. L. Scipionis: quautũ: non decẽ aliis triũphis: ſi oẽ ĩ unũ conferat: ſit latũ? Nam q̃d de finibus regni dicam? Aſiã omnem & ꝓxima Europæ tenuiſſe antiochũ: ea quãta regio orbis terrarũ ſit a tauro mõte ĩ ægæum uſq; ꝓminens mare quot nõ urbes modo: ſed gẽtes amplectant: oẽs ſcire: hanc regionẽ dieꝝ plus trigita longitudinẽ: decem inter duo maria latitudĩnẽ patentem: uſq; ad tauri mõtis iuga Antiocho adẽptam: expulſo

Att. Vehemẽte naſicæ orone

eo ĩ ultimo angulo urbis terraꝝ: quid ſi gratuita pax eſſet: plus adimi ei potuiſſe? Philippo uicto Macedoniam. Nabidi Lacedæmonem relictam: nec Quintio crimẽ q̃ſitũ: non. n. habuiſſe eum Africanum fratrem: cuius gloria prodeſſe. L. Scipioni debuiſſet: inuidiam nocuiſſe: tantum auri argentiq; iudicatum eſſe in domum. L. Scipionis illatum: quantũ uenditis oĩbus bonis redigi non poſſet. Id ubi ergo eſſe regiũ auꝝ? ubi tot hæreditates acceptas? in domo: quam ſumptus non exauſerint: extare debuiſſe nouæ fortunæ cumulum: Ad enim quod ex bonis redigi non poſſit: ex corpore: & tergo per uexationem & contumelias. L. Scipionis petituros inimicos: ut in carcere inter fures nocturnos & latrones uir clariſſimus includatur: & in rubore & tenebris expiret: deinde nudus ante carcerem proiiciatur: non id corneliæ magis familiæ: quam urbi romanæ fore erubeſcendum: Aduerſus ea Terentius prætor rogationem petiliam ex ſenatuſconſulto: & iudicium de. L. Scipione factum recitauit: ſe niſi referatur pecunia in publicum: quæ iudicata ſit: nihil habere: quod faciat: niſi ut præhendi damnatum & in uiucula duci iubeat. Tribuni cum in conſilium ſeceſſiſſent: paulo poſt. C. Faunius ex ſua collegarumq; aliorum præter Cracchum ſententia pronunciauit prætori non intercedere tribunos: quo minus ſua poteſtate utatur. T. Gracchus ita decretuit: quo minus ex bonis. L. Scipionis: quod iudicatum ſit: redigatur: ſe non intercedere prætori. L. Scipionem: qui regem opulentiſſimum orbis terrarum deuicerit: imperium Popu. Ro. prorogauerit in ultimos terrarum fines: Eumenẽ: rhodios: alias tot urbes Aſiæ deuinxerit Ro. Po. beneficiis: plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit: nõ paſſuꝝ ĩter hoſtes Po. Ro. L. Scipionẽ in carcere & in

Bona. L. Scipionis P. uẽdita.

uinculis eſſe: mittiq; eum ſe iubere. Tanto aſſenſu auditum eſt decretum: adeo dimiſſum. L. Scipionẽ læti homines uiderunt: ut uix in eadem ciuitate uideretur factũ iudicium. In bona deinde. L. Scipionis poſſeſſum publice quæſtores prætor miſit: neq; in his nõ modo ueſtigium ullum comparuit pecuniæ regiæ: ſed nequaquã tantũ redactẽ eſt: quãtæ ſummæ damnatus fuerat. Collata ea pecunia a cognatis amicis & diẽtibus eſt. L. Scipioni: ut ſi acciperet eam: locupletior aliquanto eſſet. quam ante calamitatem fuerat: Nihil accepit: quæ neceſſaria ad cultum erat redempta ei a proximis cognatis ſunt: uerteratq; Scipionum inuidia in prætorem & conſilium eius & accuſatorem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO.

## LIBER NONVS

CVM HAEC Romæ geruntur: conſules ambo in liguribus gerebant bellum: iis
hoſtis uelut natus ad continendá per interualla bellorum romanis militarē diſci-
plinam erat: nec alia prouincia militem magis ad uirtutem acuebat: nam Aſia &
amænitate urbium: & copia terreſtrium maritimarūqꝫ rerū: & mollicia hoſtium
regiiſqꝫ operibus ditiores quam fortiores exercitus faciebat: præcipue ſub impe-
rio. Gn. Manlii ſolute ac negligenter habiti ſunt: itaqꝫ aſperius paulo iter in Thra
cia & exercitator hoſtis magna clade eos caſtigauit in liguribus omnia erant: quæ
militem excitarent: loca mōtana & aſpera: quæ & ipſis capere labor erat: & ex præ
occupatis deiicere hoſtem: & infra ardua accepta infeſta ab inſidiis: hoſtis leuis &
uelox & repentinus: q nullū uſquá tpſ: nullū locū qetum aut ſecuꝝ eſſe fineret: oppugnatio neceſſaria mu
nitoꝝ caſtelloꝝ: laborioſa ſimul piculoſaqꝫ inſidiis regio ꝗ ſi parſimonia aſtringeret milites: haud præ-
dæ multū præberet. Itaqꝫ non lixa ſeqbatur: non iumentoꝝ lōgius ordo agmē expediebat: nihil præter ar
ma & uiros oēm ſpem in armis habentes erat. Nec deerat unꝗ cum iis uel materia belli uel cá: quia pp do
meſticam inopiá uicinos agros incurſabant: nūꝗ tamē in diſcrimen ſummæ reꝝ pugnabaẗ Flaminius cō
ſul cum friſinatibus liguribus in agro eorum pluribus præliis ſecundis factis in deditionem gentem acce- Ligurum
pit: & arma ademit: ea quia ſyucera fide nō tradebát: cū caſtigarenẗ: relictis uicis in montē auginū cōfuge ptinacia
runt: cōfeſtim ſecutus eſt conſul: cæteri effuſi rurſus: & pars maxima inermes p inuia & rupes deruptas
ꝑcipitantes fugerūt: q ſequi hoſtis nō poſſet: Ita trans appēninū redierunt: q caſtris ſe tenuerant: circunſeſſi
expugnati ſuut. Inde trans appēninum ductæ legiones: ibi mōtis: quē ceperát: altitudine pauliſp ſe tutari
mox in deditionem cōceſſerunt. Tum cōquiſita cū itentiore cura arma & oīa adēpta. Tranſlatum deinde
ad apuanos ligures bellum: q in agrū piſanū bononiēſeqꝫ ita incurſauerant: ut coli nō poſſet: his quoqꝫ p
domitis cōſul pacē dedit finitimis: & qa a bello qeta ut eēt ꝓuincia: effecerat: ne in otio militē haberet: uiá
a Bononia pduxit Arretiū. M. Aemylius alter cōſul agros liguꝝ uicoſqꝫ: q in cápis aut uallibus erát ipis
mōtes duos balliſtá ſuiſmōtiūqꝫ tenentibus deuſſit: depopulatuſqꝫ: ē deinde eos: q i montibus erát adortꝰ
primo leuibus ꝓliis fatigauit: poſtremo coactos in aciē deſcēdere iuſto ꝓlio deuicit: i quo & ædem Dianæ
uouit. Subactis cis appēninum omnibus tum tráſmontanos adortus i his & friſinates ligures erát: quos
nō adierat. C. Flaminius: omnes Aemylius ſubegit: armaqꝫ ademit: & de montibus in campos multitudi
nem deduxit. Pacatis liguribus i agrū gallicū exercitū duxit. uiáqꝫ ab Placētia: ut flamine committeret: Ari Via Ae-
minum perduxit: ꝓlio ultimo: quo cum liguribus ſiguis collatis cōflixit: ædem Iunoni reginæ uouit: hæc mylia &
in liguribus eo anno geſta In Galliam Furius prætor iſontibus cenomanis in pace ſpeciē belli qrens ade- Flaminis
merat arma inde cenomani conqueſti Romæ apud ſenatum reiectiqꝫ ad conſulē Aemyliū cui: ut cognoſce
ret: ſtatueretqꝫ ſenatus: permiſerat: magno certamine cum ꝑtore habito tenuerūt cauſam arma reddita ce
nomanis: decedere e ꝓuincia prætor iuſſus. Legatis deinde ſocioꝝ latini nomīs: q toto undiqꝫ ex latio fre-
quentes cōuenerát: ſenatus datus ē: his qrētibus magná multitudinē ciuiū ſuoꝝ Romá comigraſſe: & cē-
ſos eſſe. Qu. Terētio Culleoni prætori negociū datū eſt: ut eos conqreret: & quē. C. Claudio. M. Fuluio
cenſoribus poſtue eos cenſores ipſum parētemue eius apud ſe cenſum eſſe probaſſent ſocii: ut redire eo co-
geret ubi cēſi eſſent ac conquiſitione duodecimmillia latinoꝝ domos redierūt iá tum multitudine alieni
genarum urbē ornáte. M. Fuluius priuſꝗ conſules Romá redit: iſqꝫ ad ædē Apolinis in ſenatu cum de re
bus in Aetolia Cephaleniaqꝫ ab ſe geſtis deſſeruiſſet: petiit a patribus: ut æquū cenſeret ob rēpublicá bene
ac fœliciter geſtá: & diis imortalibus honorē haberi iubere: & ſibi triumphum decernere. M. Amburius
tribunus plebis: ſi quid de ea re ante Aemylii conſulis aduētum decernetur itercelſurum ſe oſtendit: cum
contradicere uelle proficiſcentēqꝫ i ꝓuinciá ita ſibi mádaſſe: ut ea diſceptatio integra in aduentum ſuum
ſeruaretur. Fuluius temporis iacturá ſe facere. ſenatum etiá præſente conſule: quod uellet: decreturum. M. M. Ful-
Fuluius: ſi aut ſimultas. M. Aemylii ſecum ignota hominibes eēt aut quá is eas inimicitias impotēti ac ꝑ uii petitio
pe regia ira exerceret: tamen non fuiſſe ferēdum abſentē conſulem & deoꝝ imortalium honori obſtare &
debitum meritumqꝫ triumphū morari: iperatorē rebus egregie geſtis uictoremqꝫ exercitum cum ꝑda ac
captiuis ante portas ſtare: donec conſuli ob hoc ipſum moranti redire Romam libitum eſſet. Verum eni-
uero cum ſint nobiliſſimæ ſibi cum cōſule inimicitiæ: qd ab eo quēꝗ expectare æq: q p infrequatiam fur
tim ſenatuſconſultū factum ad ærarium detulerit. Ambraciá non uideri ui captá: q aggere ac uineis oppu
gnata ſit: ubi icenſis operibus alia deintegro facta ſunt: ubi circa muros ſupra ſubterqꝫ terrá p dies qndeci
millia hoſtium ſint cæſa. Iam de deoꝝ imortaliū tēplis ſpoliatis i capta urbe: qualē calumniá ad pōtifices
attulerit: niſi ſi Syracuſaꝝ cæterarūqꝫ captaꝝ ciuitatū ornamētis urbē ornari fas fuerit: in Ambraciá uná
captam nō ualuerit belli ius: &. P. Corare & a tribuno petere: ne ſe ſuperbiſſimo inimico ludribrio eſſe
ſinant. Vndiqꝫ oēs alii deꝑcari tribunum: alii caſtigare. T. Gracchi collegæ plurimū oratio mouit: ne ſuas
qdem ſimultates ꝓ magiſtratu exercere boni exēpli eē alienaꝝ uero ſimulatū tribunū plebis cognitorem
fieri turpe & indignum collegii eius poteſtate: & ſacratis legibus tē: ſuo quēqꝫ iudicio: & hoīes odiſſe aut
diligere: & res probare aut improbare debere: nō pēdere ex alterius uultu ac nutu: nec alienis momētis ai
circūagi. aſtipulariqꝫ irato cōſuli tribunū plebis: & qd priuati. M. Aemylꝰ mádauerit meminiſſe: tribuna
tum ſibi a populo romano mandatū ꝓ auxilio & libertate priuatorum non ꝓ conſulati regno. Hoc qdē

cernere æquū fore:ut memoriæ mandaret́:eiuſdē collegii alteꝝ e duobus tribunis plebis ſuas inimicitias
remiſiſſe.reipu.alteꝝ alienas & mādatas exercuiſſe.His uictus caſtigationibus tribunus cū tēplo exceſſiſ
ſet referente Seruio Sulpicio ꝑtore triumphus Marco Fuluio eſt decretus:is cū gratias patribus conſcrip
tis egiſſet:adiecit ludos magno ſe Ioui optimo maximo eo die:quo Ambraciā cepiſſet uouiſſe:in eā rē cen

Triūph⁹ M.Fuluio decernit̃

tū decē pondo auri a ciuitatibus collatū:petere ut ex ea pecunia:q̃ ī triūpho latā ī ærario poſiturus eēt:ī æra
riū ſecerni iuberet.Senatus: pōtificū collegiū cōſuli iuſſit:num id oē auꝝ ī ludos cōſumi neceſſariū eſſet:
cū pōtifices negaſſent ad religionē ptinere:q̄ta īpenſa ī ludos fieret ſenatus Fuluio:q̄tū uellet:īpenderet:per
miſit:dū ne ſummā octogītamilliū excederet Triūphare mēſe ianuario ſtatuerat:ſed cū audiſſet cōſulē Ae
myliū litteris Amburii tri.pl.acceptis de remiſſa īterceſſiōe ipſum ad īpediendū triūphū Romā uenietem
ægrū ī uia ſubſtituiſſe:ne plus ī triūpho certaminū:q̄ ī bello haberet:ꝑtulit triūphi diē: triūphauit ad deci
mū Calē.ianuarias de ætolis & de Cephalenia:aureæ coloniæ cētum duæ decē pōdo ante currū latæ ſunt:
argēti pōdo millia.lxxxiii.auri pōdo.ccxliii.tetracīa attica.cxyiiii.mœnia Philippei nūmi decēmillia.ccc
xxii.ſigna ænea duxit.cclxxxy.ſigna marmorea.ccxxx.arma tæla cætera ſpolia hoſtiū magnus numerus:
ad hæc catapultæ:baliſtæ:tormēta oīs generis duces aut ætoli & cephales aut regii ab Antiocho ibi relicti
ad ſeptē & uiginti.Multos eo die:priuſq̄ ī urbē īueheret́ in circo flaminio tribūos ꝑfectos eqtes cēturiōes
romanos ſocioſq; donis militaribus donauit:militibus ex ꝑda qnos uicenos denarios diuiſit:duplex cen
turioni:triplex equiti.Iam cōſulariū comitioꝝ appetebat tp̄s:quia.M.Aemylius:cuius ſortis ea cura erat
occurere nō potuit.C.Flaminius Romā uenit ab eo creati cōſules Poſthumi⁹ Albinus.Qu.Martius Phi

Poſthumius Albin⁹.Q.Martius philipp⁹ conſ.

lippus prætores inde facti.T.Menius P.Cornelius Sulla.C.Calphurnius Piſo.M.Licinius Lucullus.C.
Aurelius Scaurus.L.Quintius Criſpinus.Extremo anni magiſtratibus creatis:iā ad tertiū nonas martias
Gn.Mālius Volſo de gallis q aſiam incoluut:triūphauit:ſerius eo triumphandi cauſa fuit ne Quinto Te
rētio Culleone prætore cauſam lege petilia diceret:& īcendio alieni iudicii:quo.L.Scipio damnatus erat
conflagraret eo infenſioribus:in ſe q̄ in illū iudicibus quo diſciplinā militarem ſeuere ab eo conſeruatam
ſucceſſor ipſe oī genere licētiæ corruperat:neq; ea ſola infamiæ erāt:quæ in prouincia procul ab oculis facta
narrabantur:ſed ēt magis:ea q̄ in militibus eius conſpiciebant́.Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu
aſiatico inuectā in urbē eſt:inde primū lectos æratos ueſtem ſtragulam præcioſam:plagulas:& alia textilia
& quæ tum magnifice ſupellectilis habebantur:monopodia &abacos Romam adduxerunt:tunc pſaltriæ
ſambuciſtriæq; & cōuiualia ludionum oblectamēta addita epulis:epulæ quoq; ipſe & cura & ſumptu ma
iore appari cœptæ.Tum coquus uiliſſimū antiquis mancipium & æſtimatione & uſu in precio eſſet:&
quod miuiſterium fuerit ars:haberi cœpta:uix tamen illa:quæ tū cōſpiciebantur:ſemina erāt futuræ luxu
riæ.In triumpho tulit.Gn.Manlius coronas aureas.cc.decē:pondo duas argēti pōdo.ccxx.millia centū
tria.tetracinū atticum.cyii.millia uiginti ciſtophori.ccl.Philippeoꝝ aureoꝝ nūmorū ſedecim millia.ccc

Aſiaticæ illecebræ q̄ndo primū ro.inuectæ

xx.& arma ſpoliaq; multa gallica carpentis tranſuecta:duces hoſtium duo & quinq̄ginta ducti ante cur
rū.Militibus quadragenos binos denarios diuiſit:duplex centurioni & ſtipēdium duplex in pedites dedit
triplex in equites:multi oīum ordinū donati militaribus donis currum ſecuti ſunt: carminaq; a militibus
ea in impatorem dicta:ut facile appareret.in ducem indulgentē ambitioſumq; ea dici triumphū eē milita
ri magis fauore q̄ populari celebrē.Sed a populi quoq; graciā conciliādam amici Manlii ualuerunt:qbus
annitētibus ſenatuſconſultū factū eſt:ut ex pecunia:q̄ in triumpho trāſlata eēt:ſtipēdium collatum a popu
lo in publicum:qđ eius ſolutū antea nō eſſet:ſolueretur:uicenos quinos & ſemiſſes in millia æris q̄ſtores
urbani cū fide & cura ſoluerūt.Per idē tp̄s tribuni militum duo & ex duabus Hiſpaniis cū litteris.C.Atti
nii &.C.Manlii:q eas ꝓuincias obtinebāt:uenerūt:ex iis litteris cognitū eſt celtiberos luſitanoſq; in armis
eſſe & ſocioꝝ agros populari:de ea re conſultationē integrā ſenatus ad nouos mḡratus reiecit.Ludis roma
nis eo anno:quos.P.Cornelius Cethegus.A.Poſthumius Albinus faciebāt:malus in circo inſtabilis inſi
gnū pollētiæ ꝓcidit:atq; id deiecit.ea religiōe moti pr̄es & diē unum adiiciēdū ludoꝝ celebritati cēſuerūt:
& ſigna duo ꝓ uno reponēda:& nouū auratū faciēdum: & plebei ludi ab ædilibus.C.Sēpronio Blæſo:
&.M.Furio Luſco diem unum inſtaurati ſunt:Inſeq̄ns ānus.Sp.Poſthumiū Albinū:&.Qu.Martium
Philippum cōſules ab exercitu bellorūq; & ꝓuinciaꝝ cura ad inteſtinæ cōiuratiōis uindictā auertit: ꝑto

Bacchanalia unde ro.allata.

res prouincias ſortiti ſunt.T.Menius urbanā:Marcus Licinius Lucullus īter ciues & pegrinos.C.Aureli
us Scaurus Sardiniā.P.Cornelius Sulla Siciliā:Hiſpaniā certiorē.C.Calphurnius Piſo.Hiſpaniā ulterio
rē.Qu.Criſpinus Cōſulibus ambobus q̄ſtio de clādeſtinis cōiurationibus decreta ē Græcus ignobilis in
Ethruriā primū uenit:nulla cū arte eaꝝ:q̄s multas ad aīoꝝ corporumq; cultū nobis eruditiſſima omnium
gens inuexit:ſacrificulus & uates nec in iis:q apta legione ꝓpalā & q̄ſtū & diſciplinā profitēdos aīos erro
re imbueret:ſed occultoꝝ antiſtes ſacroꝝ:initia erāt:q̄ primo paucis tradita ſunt:dein uulgari cœpta ꝑ ui
ros mulieresq;:additæ uoluptates religioni uini & epulaꝝ:quo pluriū aīi illicerent́:cum uinū aīos & nox
& mixti fœminis mares ætatis teneræ maiorib⁹ diſcrimē oē pudoris extīxiſſent:corruptelæ primum oīs
generis fieri cœptæ:quod ad id quiſq;:quo natura pronioris libidinis eſſet paratam uoluptatem haberet:
nec unum genus noxæ ſtupra promiſcua ingenuorum fœminarumq; erant: ſed falſi teſtes falſa ſigna
teſtimoniaq; & indicia ex eadem officina exibant: uenena identidem inteſtinæq; cædes: ita: ut ne cor
pora quidem interdum ad ſepulturam extarent:multa dolo plæraq; per uim audebant.Huius mali ta
bes ex Ethruria Romam uelut contagione morbi penetrauit:Primo urbis magnitudo capacior patiētior
q; talium malorum celauit:tandem indicium hoc maxime modo ad Poſthumium conſulem peruenit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. Ebutius: cuius pater publico equo ſtipēdia fecerat: pupillus relictus: mortuis deinde tutoribus ſub P. Ebuti⁹
tutela Duroniæ matris & uitrici. T. Sēpronii Rutilii educatus fuerat: mater dedita uiro erat: & uitricus:
qa tutelā ita geſſerat: ut rationē reddere nō poſſet: aut tolli pupillū: aut obnoxū ſibi uiculo aliquo fieri cu
piebat: uia una corruptelæ bacchannalia erant: mater adoleſcētem apppellat ſe ꝓ egro eo uouiſſe: ubi pri-
mū cōualuiſſet bacchis eū ſe initiaturā: dānatā uoti deum benignitate exoluere id uelle. x. pieꝝ caſtimonia
opus eē: decimo die cœnatū: deīde pure lautum in ſacrariū deductură. Scortum nobile libertina: Hiſpala:
Fecenia noīe digna q̄ſtu: cui ancillula aſſueuerat: libera huic uni adoleſcēti aīum applicuit: adeo non dāno
ſa famæ reiq;: ut maligne ꝑbentibus ſuis ipſa eum magna ex parte opibus ſuis ſuſtentaret: iāq; eo ꝓceſ-
ſerat cōſuetudine capta: ut poſt patroni mortē: qa in nullius manu erat: tutore a tribunis & ꝓtore petito:
cum teſtamētum faceret: unum Ebutiū īſtrueret hæredē. Hæc amoris pignora cū eēnt: nequicq̄ ſecretū al-
ter ab altero haberēt: ꝑ iocū adoleſcēs uetat eā mirari. ſi ꝑ aliquot noctes ſecubuiſſet: religiōis ſe cā ut uoto
ꝓ ualitudīe ſua facto liberet̄: bacchis initiari uelle. Id ubi mulier audiuit: ꝑturbata dii meliora: inquit: mo
ri & ſibi & illi ſatius eē: q̄ id faceret: & in caput eoꝝ deteſtari minas piculaq;: q id ſuaſiſſet. Admiratus tū
uerba: tū ꝑturbationē tantā adoleſcēs parcere execreationibus iubet: matrē id ſibi aſſetiente uitrico īperaſſe.
Vitricus ergo: inqt: tuus (matrē. n. īſimulare forſitan fas nō ſit) pudicitiā famā ſpē uitāq; tuā ꝑditū ire hoc
facto ꝑperat. Eo magis mirabūdo q̄rentiq; qd rei eēt: pacē ueniāq; ꝓcata deoꝝ dearūq;: ſi coacta caritate
eius ſilenda nūciaſſet: ancillā ſe ait dominæ comitē id ſacrariū intraſſe liberā nūq̄ eo acceſſiſſe: ſcire corrupte Att. Sacri
larū oīs generis re officinā eē: & iā biēnio cōſultare neminē initiaꝝ ibi maiorē ānis. xx. ut qs introduct⁹ flagitia
ſit uelut uictimā tradi ſacerdotibus: eos īducere ī locū: q circūſonet ululatibus cātuq; ſymphoniæ & ciba-
loꝝ & tympanoꝝ pulſu: ne uox q̄ritātis cū ꝑ ui ſtuprū īferret̄: exaudiri poſſet. Orare deīde atq; obſecrare:
ut eā rē quocūq; diſcuteret mō: nec ſe eo ꝓcipitaret: ubi oīa infanda patiēda primū: deīde faciēda eēnt: neq;
ante dimiſit eū: quā fidē dedit adoleſcēs ab his ſacris ſe tēperaturum. Poſteaq̄ domū uenit: & mater mētio
nē ītulit: qd eo die: qd deīceps cæteris: q̄ ad ſacra ꝑtinerent: faciēdū eē: negat eoꝝ ſe qcq̄ facturꝝ: nec initiari
ſe ī aīo eē. Aderat ſermoni Vitricus: cōfeſtim mulier exclamat Hiſpalæ cōcubitu carere eū decē noctes non
poſſe: illius exteræ dilinimētis & uenenis imbutū nec parētis: nec uitrici: nec deoꝝ uerecūdiā habere & iur
gātes hinc mater: hinc Vitricus cū quattuor eū ſeruis domo exegerunt. Adoleſcēs inde ad Ebutiā ſe amitā
cōtulit: cauſamq;: cur eiectus eēt: narrauit: deīde ex auctoritate eius poſtero die ad cōſulē Poſthumiū arbi-
tris remotis rē detulit. Cōſul poſt diē tertiū ad ſe iuſſum redire dimiſit: ipſe Sulpiciā grauē fœminā ſocrum
ſuā ꝑcunctatus ē ecq̄ anū Ebutiā ex auētino noſſet: cū ea noſſe ꝓbam & antiq moris fœminā reſpōdiſſet:
opus eſſe ſibi ea conuēta dixit: mitteret nūcium ad eā: ut ueniret. Ebutia accita ad Sulpiciam uenit: & cōſul
paulo poſt uelut forte īteruenīſſet: ſermonē de Ebutio fratris eius filio īfert. Lachrymæ mulieri oborte &
miſerari cauſam adoleſcentis: cœpit: q ſpoliatis fortunis: a qbus numine oporteret: apud ſe tūc eſſet: eiect⁹
a matre quod ꝓbus adoleſcēs (dii porpitii eſſent) ob ſcœnis: ut fama eſſet: ſacris initiari nollet. Satis de ebu
tio exploratum ratus conſul nō uanum auctorē eſſe: dimiſſa Ebutia ſocrū rogat: ut Hiſpalam identidem
ex auentino libertinam non ignotam uiciniæ accerſeret ad ſeſe eā quoq; eē ꝑcunctari uellet. Ad cuius nun
cium perturbata Hiſpala: quod ad tā nobilē: & grauē fœminā ignata cauſæ accerſeretur: poſteaq̄ lictores ī
ueſtibulo turbāq; cōſulēq; ipſum cōſpexit: ꝓpe exaīata eſt. In īteriorē partē ædiū adductam ſocru adhibi
ta conſul. ſi uera dicere inducere ī aīum poſſet negat ꝑturbari debere: fidē uel ab Sulpicia tali fæmina uel
ab ſe acciperet: expromeret ſibi: q̄ in ludo ſimili bacchanalibus ī ſacro nocturno ſolerēt fieri. Hæc ubi audi
uit: tātus pauor tremorq; omnium mēbroꝝ mulierē: cœpit: ut diu hiſcere nō poſſet: tādē confimata puel
lā modū ſe ancillā initiatā cum domina ait: aliquod annis: ex quo manumiſſa ſit: nihil: qd ibi fiat: ſcire. Iā
id ip̄m cōſul laudare cum initiatā ſe nō inficiaretur: ſed & cætera eadē fide expromeret: uagāti ultra qcq̄ ſci
re nō eadem dicere: ſi coarguat̄ ab alio ac fatēti uentam aut gratiā fore: cū tibi oīa expoſuit: nā q ab illa au-
diſſet alia. Mulier haud dubie id: quod erat. Ebutiū indicē arcani rata eē: ad pedes Sulpiciæ ꝓcidit: & eam
primo orare cœpit: ne mulieris libertinæ cū amatore ſermonē ī rē nō ſeriā mō: ſed capitalē etiā uerti uellet:
ſe terrendi eius cauſa nō qd ſciret qcq̄ locutā eē. Hic Poſthumius accēſus ira tum quoq; ait eā cū Eburio ſe
amatore cauillari credere: nō in domo grauiſſime fœminæ & cū conſule loq: & ſulpicia attollere pauētem:
ſimul illā adhortari: ſimul iram generi lenire. Tādē cōfirmata multū incuſata ꝑfidiā Ebutii: q optiæ in eo
ip̄o meritæ talē gratiā rettuliſſet: magnum ſibi metū deoꝝ quoꝝ occulta initia nūciaret: maiorē multo di
xit hoīum eē: q ſe īdicē manibus ſuis diſcerpturi eēnt: itaq;: hoc ſe Sulpiciā hoc cōſulē orare ut ſe extra itali
am aliquo albegarēt: ubi degere reliquū uitæ tuto poſſet: Bono aīo eſſe iubere eā cōſul: & ſibi curæ fore di
cere ut Romæ tuto habitaret. Tū Hiſpalia originē ſacroꝝ expromit: primo ſacrariū id fœmiarum fuiſſet:
nec quēq̄ uirū eo admitti ſolitū: tres ī āno dies ſtatutos habuiſſe: qbus īterdiu bacchis initiaretur: ſacerdo-
tes inuicem matronas creati ſolitas. Pacullam. Miniā. Eſoponiā ſacerdotem oīa tanq̄ deum monitu īmu
taſſe: nam & uiros eā primā ſuos filios initiaſſe Minium & herenniū Cerinios: & nocturnū ſacrū ex diur
no: & pro tribus ī anno diebus quos ſingulis mēſibus dies initioꝝ feciſſe: Ex quo inde ꝓmiſcua ſacra ſint: Baccha-
& ꝓmixti uiri fœminis: & noctis licētia acceſſerit: nihil ibi facinoris: nihil ibi flagitii ꝓtermiſſum: plura ui naliū ini-
roꝝ inter ſe: q̄ fœminaꝝ eē ſtupra: ſi q minus patiētes dedecoris ſint: & pigriores ad facinus pro uictimis tia & ſce-
immolari: nihil nefas ducere. Hāc ſummam īter eos religionē eē: uiros uelut mēte capta cū iactatione fana lera ſacris
tica corporis uaticinari: matronas bacchaꝝ habitu crinibus paſſis cū ardētibus facibus decurrere an tyberī admiſſa
demiſſaſq; ī aquā faces: qa uiuū ſulphur cū calce inſit: integra flama efferre. Raptos a diis hoīes dici: quos

machinæ illegatos ex cõſpectu in abditos ſpecus abripiãt: eos eſſe: q̃ aut cõiurare: aut ſociari facinoribus
aut ſtuprum pati noluerint. Multitudinem ingentem alterum iam ꝓpe populum eſſe: in his nobiles quoſ-
dam uiros fœminaſq;: biennio ꝓximo ĩſtitutũ eſſe ne quis maior. xx. annis initiaret᷑: captare ætates & erro
ris & ſtupri patientes. Peracto indicio aduoluta rurſus genibus p̄ces eaſdẽ ut ſe ablegaret: repetiuit. Con-
ſul rogat ſocrum: ut aliquam partem ædium uacuam faceret: quo Hiſpala ĩmigraret: cœnaculũ ſup ædes
datum eſt ſcalis ferentibus in publicũ obſeratis aditu in ædes uerſo: res oẽs Feceniæ extemplo tranſlatæ &
familiæ accerſita & Ebutius migrare ad conſulis clientẽ iuſſus. Itaq; cũ indices ambo in poteſtete eſſent: rem
ad ſenatum Poſthumius defert: omnibus ordine expoſitis. quæ delata primo: quæ deinde a ſe inueſtigata
forent: patres pauor ingens cepit: cum publico nomine: quid eæ couiurationes cœtuſq; nocturni fraudis
occultæ aut periculi importarent: tum priuata quiſq; ſuorum uice ne quis affinis noxiæ eſſet. Cenſuit au-

Publicũ decretum ad bacchanalia tollẽda.

tem ſenatas gratias conſuli agendas: quod eam rem & cum ſingulari cura & ſine tumultu inueſtigaſſet: q̃
ſtionem deinde de bacchanalibus ſacriſq; nocturnis extra ordinem mandauit: indicibus Ebucio ac Fece-
niæ: ne fraudi ea res ſit: curare: & alios illicere: ac p̄miis inuitari iubent: ſacerdotes eorum ſacrorum ſeu ui-
ri: ſeu fœminæ eſſent: non Romæ modo: ſed p oĩa fora & conciliabula conquiri: ut in cõſulum poteſtate
eſſent. Edici præterea & in urbe Romana: & per totam Italiam emitti: nequis: q bacchis initiatus eſſet: coiſ
ſe aut conueniſſe cã ſacrorum uelit: neu qd talis rei diuinæ feciſſe: ante oĩa dum q̃ſtio de his haberetur: qui
coiſſent: coniuraſſentq;: quo ſtuprum flagitiumue inferretur. Hæc ſenatus decreuit. Conſules ædilibus cu-
rulibus imperarunt: ut ſacerdotes eius ſacri omnes conquirerent: compræhenſoſq; libero conclaui ad quæ
ſtionem conſeruarent: ædiles plebis uidere: ne qua ſacra in operto fierent: triumuiris capitalibus mandatũ
eſt: ut uigilias diſponerent per urbẽ: ſeruarentq;: nequi nocturni cœtus fierent: utiq; ab incendiis caueretur
adiutores triũuiris qnq; uirituti cis tyberim ſuæ q̃ſq; regiõis ædificiis p̄eſſent. Ad hæc officia dimiſſis ma
giſtratibus cõſules ĩ roſtra aſcenddrunt: & concione aduocata cum ſolemne carmen p̄cationis: quod fari
priuſquam populũ alloquant᷑: magiſtratns ſolẽt: pegiſſet conſul: ita cœpit. Nulli unq̃ concioni quidem tã
non ſolũ apta: ſed ẽt neceſſaria hæc ſolẽnis deoꝝ cõpræcatio fuit: q̃ uos admoneret: hos eſſe deos: quos cole
re: uenerari: p̄catiq; maiores noſtri inſtituiſſent: nõ illos: q prauis & externis religionibus captas mentes ue

Conſulis oratio in fœdũ ſacrorum ritum

lut furialibus ſtimulis ad oẽ ſcelus: & ad oẽm libidinem agerẽt. Eqdem nec qd taceã: nec quatenus prolo-
quar: ĩuenio: ſi aliqd ignorabitis: ne locũ negligẽtiæ dem: ſi oĩa nudauero: ne nimiũ terroris effundã uobis
uereor: qcqd dixero: minus quã pro atrocitate: & magnitudine rei dictũ ſcitote eſſe: ut ad cauendum ſatis
ſit: dabitur opera a nobis. Bacchanalia tota iam pridem Italia & nunc per urbem ẽt multis locis eẽ nõ fa-
ma modo accepiſſe uos: ſed crepitibus ẽt ululatibuſq; nocturnis: q perſonant tota urbe: certũ habeo. Cæte-
rũ: q̃ hæc res ſit: ignorare: alios deorum aliquẽ cultũ: alios cõceſſum ludũ & laſciuiã credere eſſe: & qualecũ
q; ſit: ad paucos ꝑtinere: quod multitudinẽ eoꝝ: ſi dixero multa milia hoĩum eẽ: neceſſe ẽ exterreri aĩos: ni
ſi adiũxero q & quales ſint primũ igit᷑ mulierũ magna pars ẽ: & is fons mali huiuſce fuit: deĩde ſimillimi
fœminis mares ſtuprati: & cõſtupratores: fanatici uigiles uino ſtrepitibuſq; nocturnis attoniti. Nullas ad
huc uires coniuratio cæterum ĩcremẽtum ĩgens uiriũ habet: quod ĩ dies plures fiũt. Maiores noſtri ne nos
quidem niſi cum aut uexillo in arce poſito comitioꝝ cauſa exercitns edictus eſſe: aut plebei cõcilium tribu
ni edixiſſent: aut aliq ex magiſtratibus ad concionem uocaſſent: forte temere coire noluerunt: & ubicunq;
multitudo eſſet: & ibi legittimum rectorem multitudinis cenſebãt debere eẽ. Quales primum nocturnos
cœtus: deinde promiſcuos mulierum ac uirorum eſſe creditis? ſi qbus ætatibus initiẽtur mares: ſciatis: non
miſereat uos eoꝝ ſolum: ſed etiam pudeat. Hoc ſacramẽto initiatos iuuenes milites: faciendos cenſetis qui
rites? his ex obſcœno ſacrario eductis arma committenda? hi cooperti ſtupris ſuis alieniſq; pro pudicitia
coniugum ac liberorum ueſtrorum ferro decernerẽ? Minus tamẽ eſſet: ſi flagitiis tãtum effœminati forẽt:
ipſorum id magna ex parte dedecus erat: a facinoribus manus mentem a fraudibus abſtinuiſſent nunquã
tantum malum ĩ rep. fuit: nec ad plures nec ad plura pertinens: quicquid ſcelere peccatum eſt ex illo uno ſa
crario ſcitote ortum eſſe: nec oĩa ĩ quæ coniurauerũt: edita facinora habent: adhuc priuatis noxiis quia nõ
dum ad rempublicam opprimendam ſatis uirium eſt: coniuratio ſeſe impia tenet: creſcit: & ſerpit quotti-
tidie malum: iam maius eſt: q̃ capere id priuata fortuna poſſit: ad ſummam reip. ſpectat: niſi præcaueritis
quirites: iam huic diurnæ legittimæ ab conſule uocatæ par nocturna cõcio eſſe poterit: nũc illi uos ſinguli
uniuerſos cõcionãtes timẽt: iam ubi uos dilapſi domos & ĩ rura ueſtra eritis: illico coierint: conſultabunt
de ſua ſalute ſimul ad ueſtra perniciem: tum ſingulis uobis uniuerſi timendi erunt. Optare igitur unuſquiſq;
ueſtrum debet: ut bona mens ſuis oĩbus fuerit: ſi quem libido: ſi furor in illum gurgitem abripuit: illo-
rum eum: cum quibus in omne flagitium & facinus coniurauit: non ſuum iudicet eſſe. Nequis etiam
errore labatur ueſtrum quidem nõ ſum ſecurus: nihil enim in ſpeciem fallacius ẽ: quam praua religio ubi
deorum numen prætenditur: celerius ſubit animum timor: ne fraudibus humanis uindicandis diuini

Etacinos libros uidenum ethnicos ſit legendum

iuris aliquid mixtum uiolemus: hac uos religione innumerabilia decreta pontificum: ſenatuſcõſulta: aruſ
picum deniq; reſponſa liberant: quotiens hoc patrũ auorũq; ætate negocium eſt magiſtratibus datum ut
ſacra externa fieri uetarent? ſacrificulos uateſq; foro circo urbe prohiberent? etacinios libros conquirerẽt:
comburerentq;? omnem diſciplinam ſacrificandi præterquam more romano abolerent? iudicabant enĩ
prudentiſſimi uiri omnis diuini humaniq; iuris nihil æque diſſoluendæ religionis eſſe: q̃ ubi non patrio
ſed externo ritu ſacrificaretur? Hæc uobis prædicenda ratus ſum: nequa ſupſticio agitaret animos ueſtros
cum demolientes nos bacchanalia diſcutienteſque nefatios cœtus cernetis: omnia diis propitiis uolenti

buſq; ea facıemus:q quia ſuum numen ſceleribus libidinibuſq; contaminari indigne ferebant: ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt:nec patefieri ut ĩpunita eſſent:ſed ut uindicarent:& opprimerent: uoluerunt. Senatus quæſtionẽ extra ordinẽ de ea re mihi collegæq; meo mãdauit:nos quæ ipſi nobis agẽda ſũt impigre exequemur:uigiliaꝝ nocturnaꝝ curã per urbẽ minoribus magiſtratibus mandauimus uos quoq; æquum eſt:quæ ueſtra munia ſunt:quo quis loco poſitus erit:quod imperabit:impigre pſtare:& dare operam:nequid fraude noxioꝝ periculi aut tumultus oriat:Recitari deinde ſenatuſconſulta iuſſerunt: indiciq; pmiũ propoſuerunt:ſi quis quẽ ad ſe deduxiſſet:nomenq; de abſentibus detuliſſet:qui noïatus pfugiſſet.diem certã finituros:ad quã niſi citatus reſpondiſſet:abſens damnaretur:ſi qs coꝝ:qui tũ extra terrã Italiã eſſet:noïaret:ei ſe laxiorẽ ſe diẽ daturos:ſi uenire ad cãm dicendã uellet:edixerunt deinde nequis qd fugæ cã uẽdidiſſ.:neue emiſſe uellet:ne qs reciperet:celaret ope ulla iuuaret fugientes. Concione dimiſſa terror magnus urbe tota fuit:nec mœnibus ſe tñ urbis aut finibus Romanis continuit:ſed paſſim p totã Italiam litteris hoſpitum de ſenatuſconſulto:& concione & edicto conſulum acceptis:trepidari cœptum ẽ multi ea nocte:q diem inſecuta eſt:quo in concione res palam facta eſt:cuſtodiis circa portas poſitis fugientes a triũuiris compræhenſi & reducti ſunt:multoꝝ delata quidẽ noïa:ex iis uiri fœminæq; mortẽ ſibi conſciuerunt. Cõſpiraſſe ſupra ſeptẽmillia uiroꝝ ac mulieꝝ dicebantur:capita aũt coniurationis cõſtabat eſſe. M. Cataniũ de plebe romana. A. Faliſcũ. L. Opiterniũ:& Minium Cerriniũ campanũ ab his oïa facinora & flagitia orta:eos maximos ſacerdotes conditoreſq; eius ſacri eſſe:datam operã eſſe: ut primo quoq; tpe comprehenderent:adducti ad ad conſulem:faſſiq; de ſe nullam morã iudicio fecerũt:cæteꝝ tanta fuga ex urbe facta erat:ut quia multæ ſationes & res peribant:cogerentur prætores. T. Menius:&. M. Licinius p ſenatũ rẽ in diem triceſimũ differre:donec quæſtiones a conſulibus pficerentur. Eadẽ ſolitudo:quia Romæ nõ poſſidebant:nec inueniebantur:quoꝝ noïa delata erant:coegit conſules circa fora pficiſci:ibi q̃rere:& iudicia exercere:q tñ initiati erant:& ex carmine ſacro pcationes fecerant:in quibus nefanda coniuratio in oẽ facinus ac libidinem cõtinebat:nec eaꝝ rerum ullam rem:in quas iureiurando obligati erãt:in ſe aut alios admiſerant:eos in uinculis relinquebant:qui ſturpis aut cædibus uiolati erant: qui falſis teſtimoniis ſignis adulterinis ſubiectione teſtamentoꝝ fraudibus aliis contaminati:eos capitali pœna afficiebant:plures necati:quam in uincula coniecti ſunt magna uis in utraq; cauſa uirorum mulierumq; fuit.

Atẽ. numerũ cõſpiratoꝝ & ſupplicium

